FACULTY of PROCURATORS in GLASGOW

KZA
1145
D4
1669

F. a



Earl of Dalhousie.

R.L. R III
Ce

FACULTY OF PROCURATORS. LIBRARY

Presented by
John Geo. Alex. Baird Esq., M.P.

TO THE LIBRARY OF THE
Faculty of Procurators
IN GLASGOW.
13th Feby. 1905.

ROBBINS
COLLECTION

LAW LIBRARY

THE UNIVERSITY
OF CALIFORNIA

THE REUEL DRINKWATER AND
SADITHA MC CULLOUGH ROBBINS FUND
ESTABLISHED BY
DR. LLOYD M. ROBBINS

De

DOMINIO

Seu

IMPERIO MARIS.

Jul. Pacii. Hug. Grotii.
Jac. Gothofr. Mart. Schoockii.

& aliorum

DISSERTATIONES.

FRANCOFURTI,

1669.

SERENISSIMO PRINCIPI

ac Domino

DN. GEORGIO CHRISTIANO

Friſiæ Orientalis Principi, Comiti in Rietberg, Domino in Eſens, Stedesdorff & Wittmund, &c.

Domino meo Clementiſſimo.

P. F.

PRo aſſerendo Imperio Maris, Princeps Sereniſſime, omni ævo à Regibus, Principibus, & Rebuspublicis liberis acriter certatum fuiſſe conſtat. Ambroſii verba ſunt libr. V. Hexaëm. cap XXX. *Principes ſpatia maris ſibi vendicant jure*

mancipii; Iſte, inquit, ſinus meus eſt, ille alterius. Dividunt ſibi elementa Potentes. Sereniſſ. Venetorum Reſpublica ædificata in lacunis maris Hadriatici, quod Golfo di Venetia hodie vocamus, illius dominium à Nicephori & Caroli M. temporibus ſibi tribuit, adeò ut potentiſſimis Hiſpaniarum Regibus propter Regnum Neapolitanū ſibi quoq; jurisdictionem vendicantibus, aliiſq; armata manu non ſemel ſeſe oppoſuerit. Idem in mari Liguſtico hactenus tentarunt Genuenſes, Venetorū æmu-

æmuli, qui non tantùm certo numero triremium pyratis Turcicis ex vicina Africa reſiſtunt, ſed etiam contra quoſcunq; jura à Majoribus parta ibi exercent. Hiſpani ſuperioribus annis ex capite acquiſiti dominii in mari Indico, Anglos & Batavos à commerciis iſtorũ locorum conati ſunt prohibere, quibus, ut refert Cambdenus in Annalibus Angliæ, juſſu Eliſabethæ Reginæ reſponſum fuit: Rei alienæ donationem & imaginariam proprietatem & præſcriptionem, quàm ob-

tendit Rex Hiſpaniæ, nihil obſtare, quo minus cæteri Principes commercia in Indicis regionibus exerceant, & colonias, ubi Hiſpani nō incolunt, jure gentium nequaquam violato, deducāt; nec non Oceanum illum vaſtum libere navigent, cū maris & aëris uſus omnibus ſit communis, nec jus in Oceanum populo aut privato cuiquam poſſe competere, cum nec natura, nec publici uſus ratio occupationem permittat.

Inter Magnæ Britanniæ Regem & Ordines fœderati

ti Belgii ante paucos annos gravis quæſtio fuit de Imperio vicini maris, qua occaſione Joan. Seldenus, vir doctiſſimus, pro Anglis de Mari clauſo edidit libros duos; quorum primo mare ex jure naturæ ſeu gentium omnium hominũ non eſſe commune ſed dominii privati; ſeu proprietatis capax, pariter ac tellurem, demonſtratur; altero Sereniſſ. Magnæ Britanniæ Regem maris circumflui, ut individuæ ac perpetuæ Imperii Britannici appendicis dominum eſſe aſſeritur. Huic poſtea in non-

nonnullis contradixit Joan. Iſacius Pontanus, qui in Diſcuſſionibus Hiſtoricis expendit, quatenus & quodnam mare liberum vel non liberum, clauſumq; accipiendum ſit. Cum an. XXXVII. hujus ſeculi ex mandato Sereniſſ. Daniæ & Norvegiæ & Regis Chriſtiani IV. duæ naves, quas ad Sereniſſ. Poloniæ Regem pertinere affirmabant Spiringii, Hafniam captivæ abducerentur, propter exactum telonium non procul à portu Dantiſcano peculiaris libellus de mari Balthico Poloni cujuſdam ſcri-

ſcripto oppoſitus fuit, in quo Daniæ Regum jura in hoc ipſo mari, maximè autem contra Poloniæ Regem circa littora Pruſſiæ percenſentur. Alia pro Suecis extant apud Franciſc. Stypmannum in Commentario de Jure maritimo, quæ repetere neceſſe non eſt.

Helmoldus in Chronico Slavorum lib. 1. cap. 1. *Sinus hujus maris appellatur ideo Balthicus, quod in modum balthei longo tractu per Schyticas regiones tendatur. Hoc mare multæ circumſident Nationes. Dani ſiquidem & Sueones, quos Nortmannos*

voca-

vocamus, Septentrionale littus, & omnes in eo obtinent inſulas.

Cæterum cum deprehenſum hucuſq; ſit à dominio maris, terræ dominium dependere, mirũ non eſt Principes proprietatem illius tenaciſſimè defendere.

Nunquam ſatis tuta & pacata Imperia eſſe poſſunt, quæ portus negligunt, & pro conſervando dominio alluentis Oceani claſſem non habent, ut pro re nata hoſtium in terram deſcenſus impediant.

Tibi autem præcipuè, Sereniſſime Princeps, Diſſertatio-

tationes haſce nunc primū junctim editas cum voto perpetuæ felicitatis in hoc quem auſpicati ſumus, novo anno, & longa ſerie in ſequentes humilime tranſmittendas eſſe cenſui, ad quem Dominiū maris circa florentiſſimam Friſiam Orientalem pertinet, quod ſeſe adeo gratum & benevolum exhibet, ut ferè ſingulis annis per alluvionem quaſi vectigalis loco ampliſſimos agros tibi largiatur.

Serenitati tuæ

Humilimus cliens

J. H.

Index Diſſertationum.

I. *Julii Pacii de Dominio Maris Hadriatici Diſceptatio inter Sereniſſ. Regem Hiſpaniarum, ob Regnum Neapolitanum & Sereniſſ. Rempublicam Venetam.*

II. *Hugonis Grotii Mare liberum, ſive de Jure quod Batavis competit ad Indicana commercia Diſſertatio.*

III. *Jacobi Gothofredi de Imperio Maris ad l. 9. Digeſt. de lege Rhodia de jactu, Hypomnema.*

IV. *Martini Schoockii Imperium maritimum, in quo cuique genti, maximè autem Belgis fœderatis ſuus honos vindicatur.*

IULII PACII

DISCEPTATIO

De

Dominio Maris Hadriatici pro Venetis

DICTURUS de dominio maris Hadriatici, ut appareat quid ſit, de quo quæritur, quædam initio præmunienda cenſeo, quibus via quodammodò ſternatur ad veritatem faciliùs inveniendam.

Præmitto primò, cùm multa ſint maria, non eſſe de univerſo, nec de quocumque mari quæſtionem, ſed de mari Hadriatico dumtaxat, quod ſermone vernaculo vocatur golfo di Venetia Sed ut omnis homonymia vitetur, obſervandum eſt, non uno modo accipi mare Hadriaticum. Ut enim ait Apollonii ſcholiaſtes li. 4. Argonaut. quoniam Hadriaticum Jonio conjungitur, interdum κατὰ

μετάδοσιν τῦ ὀνόματ⊕ Hadriaticum vocatur Jonium, & viciſſim Jonium appellatur Hadriaticum. Idem notat Dionyſij ſcholiaſtes, & addit, eos exactiùs & accuratiùs loqui, qui Ionium faciunt partem Hadriatici: quos ſecutus videtur Mercator in ſuis tabulis Ptolemaicis. E contrario Sulpicius *in l. Luca* tres maris Ionij partes facit, Hadriaticum, Achaicum, & Epiroticum Secundum Ptolem. *lib.* 3. *Geograph cap.* 1. fines ſinus Hadriatici ſunt à flumine Tilauempto, quod ab occaſu influit in hunc ſinum, per Septentrionem uſque ad montem Garganum, & per Orientem à monte Gargano Hydruntem uſque: quæ urbs hodie vocatur *Otranto*, & è regione ab altera ſinus parte oppoſitum habet Oricum Epiri urbem, quæ hodie apellatur *Velona.* Ergo hic tractus ab urbe Veneta Otrantum & Velonam uſque, vocatur mare Hadriaticum, vel Hadrianum, vel Hadriacum, & ſinus Hadriaticus, ſive Hadria, & mare ſuperum, & ab Apollonio Saturnium, ſive Chronium, hodie dicitur mare Venetum, ſeu *golfo di Venetia*: ut apparet ex variis deſcriptionibus ſeu tabulis geographicis, in quibus promiſcuè his appellationibus mare Hadriaticum vel ſinus Hadriaticus, mare Venetum, *golfo di Venetia*, modò cõjunctim, modò ſeparatim notatur. Myritius parte 2. operis geographici, c. 7 *Hadriatico,* inquit, *mari, quod nunc Venetum vocant, olim à Romanis ſuperum vocabatur.* Ortelius in Synonymis Geograph. *Hadriaticus ſinus, vel Hadriaticum mare, hodie golfo di Vene-*

Venetia. Georg. Merula. in deſcriptiõe Piceni, *Golfo di Venetia, olim Hadriaticus ſinus* Boccatius de mari, *venetum mare, id eſt, quod Hadriaticum diximus.*

Præmitto ſecundò, dominium eſſe verbum homonymum: aliud enim eſt dominium ratione iuriſdictionis & protectionis, quod Doct. vocant dominium univerſale, vel ſuperioritatem, quale eſt, quod princeps habet in rebus ſingulorum: aliud ratione proprietatis, quod dominium particulare appellant, atque hoc in rebus privatis attribuitur ſingulis, non principi, ſecundum communem ferè omnium & veriſſimam ſententiam *glo. & Barto. in l. 2. C in quib. cauſ. colo. cenſ. dom. accuſ. poſſ. Bar in l. 1. § per hanc. D de rei vindic. & in 1. conſt. Digeſtorum: num. 3. & in extrau. ad reprimentum in ver. totius orbis. Odofr. in d. Conſtit. num 5. & in l ſancimus C. de conſul. libr. 12. Bald. in l. proprietatis. num. 1. C. de probat. Iaſ. in l. poſſideri §. ex contrario. n. 81. D. de acquir. poſſeſſ. Fulgo in d. conſtit 1. num. 7 Lucas de Penna in l. cùm neque C. de incol. lib. 10. Damhoud. in ſua pract. crim. cap. 82. num. 79. & 114. put. lib. 2. deciſ. 323. n. 4. Martin. Lauden. in tract. de princip. quaſt. 47. 88. 301. Vaco. lib. 3. declaratio. capit. 49. num. 14. Coſtal. in l. item verberatum, numero 5. D. de rei vindicat. Peregrin. de jur. fiſc. lib. 1. titul. 2. numero 40. Petrus de Gregor. de conceſſ. feudi, part. 2 q. 7. n. 22 23. Sonsbec. de feud. part. 13. num. 64. Gail. de pace publ. cap. 11. n. 4. & 5,* ubi citat verba Senecæ:

ſic ſcribentis: *Ad reges poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas.* Et paulò pòſt: *Quemadmodum ſub optimo rege omnia rex imperio poſſidet, ſinguli dominio: omnia ſunt in imperio Cæſaris, patrimonio proprio.* His duabus dominij ſpeciebus tertiam addit Covarru. *in reg. peccatum. par, 2. §. 9. num. 8 in 6.* nempe dominium locorum ad univerſitatem pertinentium iure univerſitatis. Quartam adiungit Alciatus *in l. in ſuis. num 21. D. de lib. & poſtum.* nimirum ſuperioritatem, qua civitates, vel fœderati promittunt principis alicujus majeſtatem obſervare, de quo citat. tex. *in l. non dubito. D. de captiu. & in C. Imperialem circa prin. & in §, illud quoque. de prohib. feud. alien. per Frideric. & in Clem. paſtoralis. §. rurſus. de re judi* Sed in præſentia ſermo inſtitutus eſt de dominio univerſali iuriſdictionis & protectionis.

Præmitto tertiò dominium iuriſdictionis duplex eſſe, alterum directum & principale, quod ei competit, qui ſuperiorem non recognoſcit, ut Imperatori; alterum inferius, quod ſuperiorē agnoſcētibus tribuitur. *Auth. ſi verò. C. de hæret.* Exempli cauſa, civitas Vicentina habet hanc inferiorem poteſtatem in pagos ſibi ſubiectos, ad quos regendos ſolet Vicarios mittere. Sed in iiſdem pagis, ut & in urbe Vicen. ſupremum dominium habet Sereniſſima Reſpublica Veneta. Hos, qui iuriſdictionem ſubalternam habent, Philippus *reſp.* 50. vocat dominos iuriſdictionales, eoſque veteribus putat fuiſſe incognitos.

gnitos *reſpon 39.n.1,2.11.26.27.* Tria igitur ſunt dominij genera: ſupremum, quod eſt principis non recognoſcentis ſuperiorem: ſubalternum, quod eſt recognoſcentium ſuperiorem principem: & particulare privatorum hominum. *Vacon à Vac lib. 3. declarat. cap. 48. num. 12.* Sed noſtra quæſtio de dominio principali & ſupremo: quia Sereniſſima Reſpub. Veneta ſuperiorem non agnoſcit, ut poſteriùs oſtendam.

Præmitto quartò, tria eſſe dominij genera, quæ principi conveniunt præter ſuperioritatem illam Aleiaticam, de qua ſuprà. I. Dominium univerſale, de quo ſuprà dixi; & de eo eſt *tex. in l. 1. C. de ſumm. trinit. l deprecatio. D. de le. Rhod & extravag. ad* reprimendum. II. Dominium fiſcale. III. Dominium patrimoniale. de quibus duobus ſolis loquitur Imperator in l. bene à Zenone. C. de quad. pręſc. ubi non dicit ſimpliciter omnia eſſe principis, ut multi exponunt committẽtes fallaciam παρὰ τὸ ἁπλῶς ἢ κατά τι, ſed limitatè ait omnia tam fiſcalia quàm patrimonialia æquè principis eſſe: noſtra autem quæſtio de primo illo dominij genere; nemo enim unquàm dixit, mare eſſe in alicujus principis fiſco, vel patrimonio privato.

Præmitto quintò in mari, & littoribus maris tria ſpectari, proprietatem, uſum, iuriſdictionem Proprietas eſt nullius: uſus eſt communis omnium hominum: iuriſdictio eſt principis. §. & quidem & ibi. glo. in ver. communia: & § litorum Inſtit. de rer. diviſ. l. 2.

viſ l 2. & ibi Bald. D. eod. l. littora. & ibi glo. in verb. arbitror D. ne quid in lo. pub. l. injuriarum § ſi quis me D. de injur. Zuar, conſ. 1. de uſu. maris, num. 9. Peregr. de ju. fiſ. tit. 1. nu. 17. Ac de uſu quidem, & proprietate nulla eſt controverſia: ſed de juriſdictione quæſtio eſt.

His præmunitis, apparet titulus quæſtionis, ut ſcholaſtici loquuntur. Noſtra enim diſceptatio eſt de univerſali dominio ſeu juriſdictione maris Hadriatici: de quo tria in quæſtionem veniunt. I. An ſit Reipublicæ Venetæ. II. Si ejus ſit, quo jure ad eam pertineat. III. Qui ſint hujus dominii effectus. Quarum deciſio ut certior ſit, & ne diſputatio in progreſſu interrumpatur alia tria, præter ſupra dicta, ſunt præmuniēda.

Præmitto igitur ſextò, Imperatorem ſecundum pleroſque Doctores eſſe dominum totius orbis in temporalibus, & tam maris, quàm terræ, dominio ſcilicèt univerſali, de quo eſt ſermo nobis inſtitutus & juriſdictione, non dominio particulari quoſdam autem principes & civitates fatentur eſſe exemptos privilegio, vel præſcriptione, vel de facto: ut Reges Franciæ, Angliæ Hiſpaniæ. *ita Bart. in l hoſtes. D. de captiu. & in l. 2 num 2. C. in quib. cauſ. colo. & in l. 1. § hanc actionem num. 2. D de rei vindic. & in conſt 1. Digeſtorũ n. 3. & n. 11 & in l ſi duas. § grãmatica. n. 2. D. de excuſat. & in extrauag ad reprimendũ. in ver totius orbis, quē plurimi ſecuti ſunt ut Bal. in l. deprecat. n. 1. D. de lege Rhod. in l ben*

bene à Zenone.n.2.C. de quadriennij præſcripſit, Caſtren.in d.l.deprecatio nu 6 & in l. ſi hæredis.num.3.D.de legat.1.& in l.1 nu.2 C.de ſum. Trinit.Iaſ.in ead l 1.num 22 & in l.poſſideri. §. ex contario.n 81.C de acquir.poſſeſſ. Penormit. conſil.6.num.2 Vol.2.& in C.quæ in eccleſiarum nu 11.de conſtit.Bart.Soci.in l 1.in pr in 1 lect.n. 26 D.de acquir.poſſeſſ.Soci.juni in ead.l 1.nu 134 Curt.ju.in l.1. num 108. D.de juriſdict. Corſet. in repet.c.grandi nu 90.de ſupplen.negle præſ in 6 Bologn.in auth .habita.col 24. C.ne filius pro patre.Signor de Homo d. & Ioha. Bapt de Cauia Lupis.in l.1.C de ſum trinit.& alij plures, quos referre longum eſſet Hanc enim ſententiam receptiſſimam eſſe teſtatur Reſtaur. *de Imperatore,q.*52.relatus à Menochio *in 2. reſpon. cauſ Finar num 3.* Vaſquius quoque *Illuſtr. contro.c.* 20.cõmunem dicit. Tamen ultimo ſic concludit; *Ad hanc tamen tot ſunt, qui teneant contrarium, quòd mihi non ſatis certum eſt, utra pars receptior ſit,* ut refert Ioh.Fichar. *in.addit.ad Ioh Baptiſt. à Villalob. in lit.P. nu.* 298. Sanè eam ſententiam validiſſimè refutat Couarru.*in reg.peccatum.de regul.jur in 6 par.* 2.§.9. *nu 98.& ſeq* & præter eos Coraſ *in d. d.l 1 C. de ſumma tri. in ver. quos.* Nos huic poſteriori ſententiæ contra Bart.& ejus ſectatores, tanquàm veriſſmæ & certiſſimæ ſubſcribimus , non adhibita accuratiori diſputatione : cùm quia adverſarij , contra quos diſputamus de dominio maris Hadriatici , idem ſentiunt : tum

etiam quia omnes in eo conſentiunt, Rempublicam Venetam ut alias quaſdam reſpublicas, & alios quoſdam principes à poteſtate Imperatoris exemptos eſſe: quamquàm alij hoc eſſe dicant quia ædificata eſt in mari, alij privilegio, alij conſuetudine vel præſcriptione. *Baldin. rubr. D. de rer. diuiſ num 8. Mart. Laud. de privileg & reſcr q.9. Capo. de ſeruit. ruſt c.26. de mari & c.27. de littore maris, & in l. eum qui vectigal. n.2 & 16. & in l. ſeq n 9 D. de verb. ſignifi. Rip. in l. ſi inſulam n.22. D. de verbor. obligat. Bertach. de gabel. part. 1. 6. Caſtrenſ. in l. ex hoc rure. num. 5. D. de iuſti. & in. Iaſ. ibi. num. 27. Menoch. in de. reſpon. num. 63 Gabriel. de acquir. rer. domin. concluſ. 3. num. 10. & 11.* cum aliis, quos ibi allegat. Cùm autē de effectu conſtat, quæſtio deinde omitti poteſt, exemplo Scævolæ in *l. Gallus § ſi eius. D. de liber. & poſtum.*

Præmitto ſeptimò, cùm eorum, qui non unt Imperatori ſubiecti, alij nec ſint, nec fuerint unquàm ſubiecti, ut Parthi, Perſæ, Poloni: alii aliquando fuerint, ſed eſſe deſierint, ut Gallia & Hiſpania, inclytā Venetiarū civitatē in illarū eſſe numero, quæ nunquam imperio ſubditæ fuerunt. Vt enim ex hiſtoriis conſtat, Hunnis Italiam vaſtantibus, Veneti, ut eorum tyrannidem vitarent in lacunas maris Hadriatici receſſerunt, ibíque urbem felicibus auſpiciis (ut eventus oſtendit) condiderunt eo loci, qui ab Orientali imperatore propter Barbarorum metum derelictus fue-

rat

rat, & neque ab occidentali Imperatore unquam fuit occupatus, nec à Barbaris illis oppreſſus. Ergo libera civitas eſt, non privilegio, aut præſcriptione, ſed ædificata eſt in mari nullius juriſdictioni tunc temporis ſubjecto, ſecundum Bal *in d. rubr. D. de rer. diviſ.* quem ſequuntur *Alvar. in uſib. feud. tit. quis dicatur, dux Marchio num 20. Iaſ. in l 2. C. de ſum. trin. num. 11. & in de. l ex hoc iure. num. 26, D de iuſt & iu. Cæpo. de mari. num 4. Franc. Marc. in deciſ. Delphin. par. 2. q. 10. num. 11.* Si igitur Papa, aut Jmperator privilegium libertatis Venetis conceſſerunt, jus Venetorum aliquo modò videntur confirmaſſe, reveratamen nihil novi iuris eis tribuerunt. Et ita accipere oportet fœdus ictum inter Nicephorum Orientis, Carolum Occidentis Imperatores, in quo *nominatim expreſſum, ut Veneti inter utrumque imperium poſiti, liberi atque immunes, & ab utroq; ſecuri viverēt ac ſine moleſtia res ſuas in agro Italico poſſiderent*; ut ſcribit Sigo. *lib. 4. de regno Italia.* Quatenus autem Domini Veneti poſſint conſuetudine ſeu præſcriptione ſe tueri, poſteriùs diſquiram. Quod enim dicam de iuriſdictione & dominio maris Hadriatici, idem de libertate Veneta dici poteſt: utriuſque enim eadem eſt ratio: & veriſſimè ſcripſit Cæpo. d. cap. de mari, num. 10. tantam iuriſdictionem Venetos habere in mari, quantam in civitate Venetiarum: ſed hac de re infrà.

A 5 Vltimò

Vltimò præmitto quæſtiones propoſitas, non eſſe decidendas jure naturali: quia hoc jure, quod eſt omnibus animal. commune. *l.1.§ pen.D.de juſt. & iu. Inſtit.de jure natur. in princ.* omnia ſunt communia.*c.jus naturale diſt.*1. dominiorum autem & imperiorum diſtinctio jure gentium introducta eſt.*l ex hoc jure.D. de juſt.& jure.§.jus autem gentium. Inſtit.de ju natur. C. jus gentium. diſtinct.* 1. Rurſus non eſſe decidendas ex jure civili Romano: quia cùm Reſpub. Veneta non ſit Imperio Romano ſubjecta, ut modò dictum eſt, certè non tenetur legibus Romanis, niſi quatenus propter earum æquitatem ſponte ſua eas recipit, ut eaſdem recipiunt Potentiſſimi Reges Galliarum & Hiſpaniarum, & ut olim Romani receperunt leges Athenienſium. Lacedæmoniorum, & Rhodiorum: aliàs leges Romanæ in Venetos non valent. Item non eſſe decidendas ex legibus Venetis: quia etſi Veneti ſuis legibus vivunt Meno. *lib. 4 præſcript. 18. num.* 41. tamen his non poſſunt alias reſpublicas vel principes obligare, ſed tantùm ſuos ſubditos. Reſtat igitur, ut decidantur ex jure gentium, quod naturali ratione apud omnes gentes valet.*§.1. Inſtit. de ju. natur.* & ut ſingularum rerum dominia, ita etiam regna, & imperia diſtinxit .*d.l.ex hoc jure. D. de Iuſt.& Iu.d. §. jus autem gentium. Inſtit. de ju. natur.* Jure autem Romano eatenus in his quæſtionibus decidendis utendũ ſit, quatenus jus gentiũ ejus pars eſt: ſiquidẽ jus Roma-

Romanum in ſe naturalia & juris gentium & juris civilis præcepta continet. d *l.1.§. huj9 D.de juſti & ju §.ult Inſtit.eod.*

His præmunitis, ttanſgredior ad dictas quæſtiones decidendas; ut appareat, an Sereniſſima Reſpubl. Veneta ſit domina maris Hadriatici, & quo jure, & in quantum.

Quod ad primam quæſtionem attinet, omnes Doctores, qui uſque ad hæc tempora ſcripſerunt, uno ore teſtantur, Dominos Venetos eſſe hujus maris dominos. *Bar in l injuriarũ.§.ſi quis me.D.de injur.Bal in l.ſi plures num 13.C de condit.inſert.& in rubr.D. de rer. divиſ num.4 Addit ad Bald. in l. quadam. D. eod. Angel.in l. ult.D.de uſucap.& in d.l. injuriarum.§ ſi quis me.& l.ſanê.nu.3. D. de injur. Caſtren.in l.inſulæ.in 1. lect.num.3.D. judic. Io. de. Anan.in c.2 de cler.venat.Io de Plat.in l.uſũ. per.item per hanc.C.de aquæ d.lib.11.& in §.littorum.Inſtit.de. rer.diviſ.Cœpo.de ſervit.tit. de mari, ubi* dicit eos tantum habere juriſdictionem in mari, quantum in civitate Venetiarum, ut ſuprà retuli. *Bertachi in tract de gabellis.par.1.q.6.Salic.in l.3:C.de naut fœn. Ripa l. ſi inſulam.num.22 D de verb.obliga Iaſ.in l. ex hoc jure.n.27.D.de juſt.& ju, Areti.in.§.& quidem Inſt.de re.diu.Balb.de præſc.par.3.6. partis. q.6.Feli.in c.de quarta col.ult.de præſcript.Marti.Laud.de principib.q.123.& q.355 Iohan.Baptiſta de Caccialup.in l.1.C.de ſumma trinit. ſtraccha de navigatio. num 8. Schneid. in. §. & quidem. inſtit de rer.diviſ. Pereri.de ju.ſi.tit.1. num,18. Muſcorn de juriſdict.*

 n.129.

n. 129. Hoc adeo certū eſt, ut Ang. conſ. 210. dixerit, non eſſe de hoc diſputandum, ne diſputatio veniat in deriſum. Nam Imperatore & omnibus aliis ſcientibus neque contradicentibus hoc jure Veneti ſunt uſi tempore immemoriali, ut notat idem Angel, *in d. l. ſanè* Quare non ſolum Iuriſconſulti, ſed etiam alii auctores hoc jus Venetis tribuunt Sanazar *lib. 1. Epigram*

„ *Viderat Hadriaticis Venetam Neptunus in undis*
„ *Stare urbem & toti ponere jura mari,*

Id eſt, mari Hadriatico, in cujus undis dixit eam ſtare Gregorius Merula *Geograph. part. 2. lib. 4. cap. 36.* Venetiarum urbem vocat Hadriatici reginam maris Similiter *Bellefore in addit. ad coſmograph. Munſteri eam appellat Roine & Dame de la Mer*, Reginam & Dominam maris. *Cepit enim rerū, quas ſumma laude felicitateq; geſſerunt Veneti, gloria ab iis qui mare infeſtum habebant: quibus claſſe ſæpe ſuperatis, & in poteſtatem redactis, inſulas cœperunt & nationes externas ſubegère,* ut idem Merula dicto loco ſcribit. Nec novum eſt, ut aliquis populus claſſe potens in mari imperium exerceat, ut olim Rhodii, teſte Strabone *lib. 14.* quam poteſtatem eis Romani non inviderant, imo ab iis legem, quæ dicitur Rhodia, ſumpſerunt: idque ſignificavit Antonius *in l. deprecatio. D. de le. Rhod.* ubi jubet rem dijudicari ſecundum legem maris, id eſt legem Rhodiam. Quid ergo mirum, ſi Veneti, qui Rhodios in ſuam poteſtatem aliquando re-

dege-

degerunt, imperium in mare habeant?

Ad dictas auctoritates quidam reſpondent Doctores, non tribuere Venetis juriſdictionem, niſi in eorum mari, quod aiunt non protendi ultra Clodiam foſſam, quæ nunc appellatur *Chioggia*, & quod dicitur de mari Hadriatico, eſſe inventum eorum, qui ſunt ſubditi & Vaſalli Venetorum:

Hanc reſponſionem eſſe omnino inanem, oſtendo multis modis. I. Plerique ſuprà citati, qui expreſſè mentionem faciunt maris Hadriatici, non ſunt imperio veneto ſubditi: ut Bertachinus Firmanus, Ripa Papienſis, Schneidevinus Saxo, Stracha Anconitanus, Merula Batavus, II. Cùm Doct. ſpecialiter loquuntur de eo diſtrictu, in quo Venetiæ & Clodia foſſa ſitæ ſunt, uſque ad litus maris, vocant lacunas, ac diſtinguunt à mari: ut Salic *in l. 2 C. de nauti fœno*. Quare valde ridicula eſt interpretatio, qua mare Hadriaticum accipitur pro illis lacunis ſolis. III Quia verba pro ſubjecto argumento debent accipi. *l. ex conducto. §. Papinianus. D loca.* idcirco Doctores in materia propoſita pro eodem accipiunt mare & mare Hadriaticum, ſeu Venetum, & gulfum maris. Unde quod aliquis de uno ex his dicit, alius ejuſdem ſententiam referens, alio verbo utitur. Verbi gratia, Salicetus *in l 3. C. de naut. fœn.* dicit Venetos habere deveta in mari; ejus verò ſententiam referens Ripa *in l. ſi inſulam. n. 22. D. de verb. oblig.* dicit Venetos poſſe ſtatuere ſuper gabellis Hadriatici maris IV, Cum Bar. & alii dicunt Ve-

netos habere juriſdictionem in eorum mari, vel in ſuo mari, certè perinde eſt, ac ſi dicerent in mari Venetorum, ſeu in mari Veneto. Quæ verba ſi intelligerentur, ut adverſarius interpretatur, ineptiſſima locutio eſſet, & perinde valeret, ac ſi diceretur: Venetos eſſe dominos ejus, cujus ſunt domini. Verùm hi Doctores ad nomen, quo hoc mare ſignificatur, reſpicientes, aſſerunt, Venetos eſſe dominos illius maris, quod nunc Venetum, ſeu Venetorum & Gulſus Venetiarum, olim ſinus Hadriaticus dicebatur. V. Quod Bal. *in rubr. D. de rer divi.* dicit de ſuo mari, & Sali. *in l 3. C. de naut fœn.* de mari, Ripa eorum ſententiam referens accipit de mari Hadriatico *in l. inſulam. numer.* 22. *D. de verb. obligat.* Eandem igitur ſententiam alii de mari pronunciant, alii de mari Hadriatico, alii de gulfo maris, ſeu gulfo maris Hadriatici, alii de gulfo Veneto, ſeu Venetorum, diverſis verbis eandem rem ſignificantibus. Hæc dicta ſint de prima quæſtione: ex quibus apparet, Sereniſſimam Rempublicam Venetam eſſe dominam maris Hadriatici. Quod confirmatur ex eo, qnòd Veneti quotannis annulo mare ſibi deſponſant, ut præter alios ſcribit Gorop. lib. 9. quoniam princeps eſt maritus reipublicæ, cum qua dicitur matrimoniam morale contrahere. Lucas de Pen. *in l. quicunque C. de omni agro deſer. lib.* 11.

Sequitur altera quæſtio, quo jure, & qua ratione hoc dominium ſit conſecuta. Doctores vulgò putant, eam id præſcripſiſſe ſpatio tem-

temporis, cujus initii memoria non extat, per *l. uſum. & l. diligenter. juncta gl C de a quæ duc. li 11 Ang. in l ult. D. de uſucap. & in l. injuriarũ. §. fi. D de injur. Io. de Plat. in d. l. uſum. Ioh. Bapt. de Caccialup. in l. 1. C. de ſum. trinit. col. 1. Capo. de ſervit. ruſtic cap. de mari. Martin Laudenſ. de principibus q. 123. Addit. ad Bal. in l quædam. D. de rer. diviſ. Schneid. in §. & quidem Inſtit. de rer diviſione.* Cum hac autem præſcriptione dicunt concurrere tacitam conceſſionem principis, & ita acquiri ſimul præſcriptione & privilegio. *Ang. in l ſanè. D. de iniur. Ioh. de Ana. in c. 2 de cleric. venat. Martin Lauden. de principibus q. 351.* ſed Bart. dicit acquiri conſuetudine *in d l. injuriarum § fi. cum l. ſeq.* citatur tamen à Schneid *in d. §. & quidem.* quaſi loquatur de præſcriptione temporis immemorialis. Et Joh. quoque de Anania videtur hæc duo pro eodem accipere in *d. c. 2.* nimirũ quia licet hæc inter ſe differant ſecundum Alex. *in l. more. n. 11. D. de juriſdict. Areti in §. ex non ſcripto numer. 7. Inſtit. de ju. natur. & in §. flumina n 5. de rer. diviſ. Bal. in l. de quibus num. 34. ff. de legib. & in l. cùm tanto. num. 16. ex de conſuetud Iacob. de Sancto Georg. in l. de quibus. numer. 26 & 28. D. de legib. Put. libr. 2. deciſ. 387 Hartmann. de verb ſignific. obſervat. 5. Ri. in l quò minùs, numero 39 ff. de flumin Balb. de præſcript. part. 1. q. 10. Covar. in reg poſſeſſor malæ fidei, part. 2. §. 3. n. 2. de reg. jur. in 6. Grave de antiquitat. tempor. part. 4. titul 1.* tamen hæc interdum confunduntur: nam conſuetudo accipitur quandoque pro præſcriptione.

Panor.

*Panor.in c.abbate.n.*12.*& in c ſuper quibuſdam n.9.de verb ſign. Conna.lib.*1.*c.*10.*n.*8.*Covarru. in d.reg poſſeſſor malæ fidei,par* 2. § 3 *num* 2.*de reg.iur in 6.*&in conſuetud.ineſt præſcriptio. Bal *in l* 1.*num.*28.*C. de furt.* quæ quidem eſt de eſſentia conſuetudinis. *Bal.in l. de quibus num.*85. *D. de legib* & dicitur præſcribi conſuetudo. Bal. *ibi. num* 83. vel conſuetudine. *Bar.in auth.de defenſ civ.* §.*juſiurandum nu.*5. *Iac.de Sancto Georg in tract de feud.in verb.ibi fluminibus nu.*2. Dicitur etiam interdum præſcriptio habere annexam conſuetudinem. Balb.*de præſcript.par.*5. *in p.n.*12. Denique eadem dici poteſt præſcriptio reſpectu ejus, qui jus ſuum tali præſcriptione amittit, & conſuetudo reſpectu eorum, qui nihil amittunt, ut ex Io.Andr,declarat.Io,Bapt.de Sancto Sever.*in repetit.l. imperium.q* 15. *D. de juriſdict. Vide Panor.in c.fi. de conſuet. & Balb de præſcr. p.*1.*q.*10.*princip.* Imperii igitur in mare acquiſitio ſecundum Doctores referri poteſt ad præſcriptionem reſpectu Imperatoris, cui aufertur, & ad conſuetudinem reſpectu navigantium per mare. Item ad privilegium, quia hæc preſcriptio, cùm ſit tanti temporis, cujus initii memoria non extat, vim habet tacitæ conceſſionis Cæſareæ & privilegij.*cap. ſuper quibuſdam.* § *præterea. de verb ſignific cap.*1.*de præſcript. lib.6. Capo. de ſervit. urba: prædior. cap.*19: *num* 4.*Bal. in feu. in rubr.quæ* ſint regal num.3.*Matth.de Afflic ſuper prælud.Conſt. Neapol.q.* 3.*num.*2.Ergo in ſumma Doctorum communiſſima ſententia eſt, Illuſtriſſimos

Domi-

Dominos Venetos habere imperium maris Hadriatici, illudque præſcripſiſſe longiſſimo tempore, cujus initii non eſt memoria: quæ præſcriptio dici etiam poteſt conſuetudo, vel diverſo reſpectu, vel latè ſumpto pręſcriptionis vocabulo; & vim habet privilegii. Non tamen valde curarunt inquirere exactè verum acquiſitionis modum, unde Sal. *in d. l. 3. c. de naut. fœn.* dicit, Venetos hoc jus habere, ex conſuetudine, vel ex conceſſione principis. Ang. *d. conſ. 290.* ex privilegio & conceſſione Cæſarea, vel uſurpatione: ubi uſurpationem accipit pro uſu, ut in l. *ſi ſtillicidii.* §. 1. *l. aqua. & l. aquam. D. quemad. ſervit. amitt.* vel pro frequenti uſu, ut in *leg. 2. D. de uſurp. & uſuc.* Cùm enim hoc ſit omnibus notum, nec ſolùm navigantibus per mare Hadriaticum, ſed etiam apud Majeſtatem Cæſaream, ut idem Ang eod. conſ. teſtatur: minùs neceſſaria eſt quæſtio, quo jure hoc obtineat, ut in ſimili tradit Scęvola *in l. Gall. §. ſi ejus D. de li & poſth.*

Sed ut appareat, quid in hac qæſtione revera ſentiendum ſit, repetendum eſt, quod ſuprà probavi, deciſionem ſumendam eſſe ex jure gentium, non ex jure Romano, niſi quatenus juris gentium præcepta in ſe continet. Hoc poſito, dico Sereniſſ Remp. Venetã eſſe dominam maris Hadriatici per ejus occupationem. Probatur hoc fieri poſſe, quia mare cum ſit nullius, naturali ratione, proindè jure gentium conceditur occupanti, ut cetera, quæ communia dicuntur. *l. 3. in pr. D de acquir. rer. domin. § fera. verſ. quod enim. Inſtit de rer.*

de rer diviſ.glo.in §. & quidem. In ver.communia Inſtit.eod. Probatur hoc factum eſſe per auctoritatem Doctorum ſuprà citatorum, præſertim Angeli *in l. ſanè. D. de injur. & in conſ.290.* quibus locis dicit, hoc eſſe omnibus notum. Probatur etiam ex deſponſatione maris, quam Illuſtriſſimi Domini Veneti quotannis publicè faciunt & ante omnem memoriam fecerunt, præſentibus nec repugnantibus diverſorum Principum Legatis.

Non obſtat, quod Bart. & ejus ſectatores dicunt. Imperatorem eſſe dominum totius Orbis: cùm quia hæc ſententia non eſt admittenda, & ab iis quoque, qui maris Hadriatici controverſiam Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ faciunt, rejicitur, ut ſuprà notavi: tum etiam quia licet Imperator olim habuerit imperium in mare Hadriaticum, tamen (ut ex hiſtoriis patet) advenientibus in Italiam Barbaris, illud amiſit, præſertim Atila Italiam & regiones illi mari vicinas vaſtante: quo tempore Veneti ſeceſſerunt in mare, ibi urbem ædificarunt, & mare Hadriaticum ab Imperatore Conſtantinopolitano deſertum, ab Imperatore Occidentali numquam poſſeſſum occuparunt, ſtatim igitur ejus maris dominium acquiſiverunt: quoniam ſicut ea, quæ nullius ſunt, per ſupra allegata; ita etiam quæ pro derelictis habentur, confeſtim fiunt occupantis. *l.1.D. pro derelicto.* Non potuit igitur Sereniſſima Reſpublica dominium acquirere præſcriptione, quod jam occupatione

tione acquiſierat: quia non poſſumus res noſtras præſcribere, quemadmodum non poteſt præſcribi, quod privilegio acquiſitum eſt. Angel. *in l. ſanè. num. 3. D. de injur. lo. de Anania in c. 2. de cler. venat.* quia dominium non poteſt acquiri ex pluribus cauſis. *l. 3. §. ex plurimis. D. de acquirenda poſſeſſ.* & quod noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri non poteſt. *§. ſed ſi rem Inſtit. de legat.*

Si tamen præſcriptio ſpectetur, non ut modus acquirendi dominii, ſed tamquàm exceptio, quia præſcriptio idem eſt quod exceptio ſecundum Cujac. *in rubr, D. de exceptionib.* Illuſtriſſimi Domini Veneti præſcriptione temporis immemorialis uti poſſunt ad repellendos eos, à quibus turbantur: quia per hanc longiſſimam poſſeſſionem conſecuti ſunt, ut non teneantur titulum acquiſitionis probare, *l. 3. §. ductus. D. de aqua. quotid. & æſtiu. & c. 1 ex de præſcript. in 6. Covarr. in reg. poſſeſſor malæ fidei par. 2. §. 3. num. 7. & § 5. num. 2.* Hæc enim præſcriptio non requirit titulum, ſed vim habet tituli. *Cravet. de antiq. temp. part. 4. §. abſolutis differentiis. numer. 9 Borchol. in cap. un quæ ſint regal. num 17.* & dicitur inducere titulum. *Theſaur. lib. 1 quæſt 8. numer. 11.* & parere præſcriptionem juris & de jure, contra quam non admittitur probatio. *Cravet. dicto loco, n 60. Peregr. lib, 1. de ju. fiſ. tit. 2 n. 65* cum aliis, quos ibi allegant: quoniam æquipollet veritati, & pro veritate habetur. *Borch. d. loco, Arnold. in verbo præſcriptio. n. 27.* poſt plures alios, quos allegã.

Oſtendi, dominium maris Hadriatici pertinere ad Sereniſſimam Rempublicam Venetam, & quo iure ad eam pertineat: ſupereſt, ut proponam ejus effectus, qui quidem ſunt quinq; præcipui I. Illuſtriſſimi Domini Veneti tenentur illud mare tutum & ſecurum reddere, & purgare à piratis. Bal. *in l. ſi C. de capt. & in §. conuenticulas n. 7 de pac iur. ſir Alex. in l ne quid. de incend. rui naufr & conſ. 88 n. 3. vol. 5 Iaco. de ſancto Georg. de feud. in verbo Marchio in Italia. verſ. quæritur etiam. num. 4. Zaſ. lib. 2. conſ. 14. num. 9 11. 14. & conſ 15. num 2. & 72. Wurmſ. lib* 1. *tit. ult. Obſerv. 5. Gail. lib. 6. obſ. 64, Mynſ. cent. 5. obſerv. 70.* II. Debent ſubditos tueri. *Rip. de peſte. c.* 1. *num. 148.* eorumque neceſſitatibus proſpicere. *Barth Soc in. l 1. nu. 57. D. ſol. matrim* III. Poſſunt delinquentes in eo mari capere, & punire, tanquàm delinquentes in ſuo territorio. *Caſtr. in l inſula. in* 1. *lect num. 3. D. de iudic & in l. deprecatio num. 6. D. de le. Rhod.* & tota die hoc eos facere teſtatur Pe. Gerar. *ſing. 15.* eſt enim maris territorium, ut terræ. *Capo. de mari num. 26 c. ubi periculum. §. porrò. & ubi glo. & Docto. Canon de elect in 6 Zuar. conſ 1. de uſu maris, num. 1. Doberci. in verbo mare. Arnold. in ver. territorium n. 2. Petr. Gerar d. ſing. 15. licèt* quidam inter hæc diſtinguant, & propriè territorium in terra, diſtrictum in mari, dioeceſim in eccleſiaſticis dici velint. *Bal. in rubr. quæ ſunt regal. Iac. de Belu. in c. Romana. §. contrahentes. numero. 4. de fo. compet.* Sed utcunque

que vocetur, nihil intereſt, cùm idem ſit effectus; quia leges rebus, non verbis imponuntur *l.2. in fin.C. commu. de legat,* IV. Poſſunt alios illac navigare volentes prohibere, ne ibi navigent. *l. ſanè D. de iniur.* ubi eſt caſus ſecundum Raym. de fortiu. qui ponit exemplum in golfo Venetorum, ut refert & eum ſequitur *Iaſ. in l. quo minùs. num. 41. D. de flumin Ang. conſ. 290. Ioan. de Anan. in cap. 1. de cler. venat. Feli. in c. de quarta. num. 41 verſ. demum circa prædicta. de præſcript. Iaſ. in l. ex hoc iure. num 27. D. de juſtit. & jure. Balb in tract de præſcrip. tertia parte quintæ partis q. 6. num. 6. Straccha de navigat. n.* 8. V. Poſſunt navigantibus vectigalia, gabellas, & collectas imponere & augere, & contrà facientes punire, *Bal. in rub D. de rer. diviſ nu. 5. Salic. in l. 3. C. de naut. fœno. & latè Bertach. in tractatu de gabellis. par. 1. q. 6. num. 19. & 20. Angel. in l. ſanè n. 3. D. de iniur. &. conſ. 290. Ripa in l. ſi inſulam num. 22. D. de verb. oblig. Cæpo de ſeruit. ruſtic. præd. c. 26. de mari. num 10. Sch??. in §. & quidem. Inſtit. de rer. diviſ. Peregr. de ju. fiſ. tit.* 1. *num.* 18. *Martin. Laud de principibus q 352. I. de Ana. in c. 2. de cleric. venat.*

His ita comprobatis, operæ pretium eſt, priuſquàm manum de tabula tollamus, eorũ objectionibus ſatisfacere, qui nuper, exiſtimantes ſe Potentiſſimo Regi Catholico, aut ſaltẽ Proregi Neapolitano gratificari, adverſus veteres auctores contrariam noſtrę ſentẽtiam tuentur, nec verentur cum Angelo, ne eorum

eorũ diſputatio in deriſũ abeat. Hi ſũt Io Baptiſta Valenzuela Velaſquez conſ. 100. n. 55. & Anonymus quidam in diſcurſu Italicè ſcripto, nõ edito; utrique igitur reſpondebimus.

Opponit primò Velaſquez, quòd ex Doctorum ſententia Dominus territorij mari cohęrentis, habet iuriſd ct onẽ in mari proximo uſque ad cẽtum milliaria, adeo ut mare ſit ejusdem iuriſdictionis, cujus eſt territoriũ adiacens: unde colligitur iuriſdictio regis Neapolitani in parte maris Hadriatici.

Reſpondeo primò, hanc ſententiam de centũ milliaribus facilè poſſe refutari, ſi quis in veritatẽ ſeverè inquirere, & κατ' ἀλήθειαν οὐ κατὰ δόξαν diſputare velir. Sicut enim nõ eſt omniũ civitatum eadem magnitudo, ſed aliæ dicuntur minores, aliæ majores, aliæ maximæ: *l. 6 §. eſt autem D de excuſat.* ita aliæ majus, aliæ minus territorium habent, ut omnibus notum eſt: & quædam magnę civitates, exiguum habent territorium, ut Norimberga, Argentina, Geneva. Quòd ſi urbs Roma centum miliarium territorium habet. *l. 1. §. initio D. de offic. præf. urb.* non propterea neceſſe eſt, ut aliæ quoque civitates tãtũdẽ habeãt. Et ſi ita eſt in terra, cur nõ ſimiliter in mari? Reſpõdeo ſecundò, quod Doctores dicunt de centum milliaribus in mari, intelligendum eſſe de mari à nullo principe ſpecialiter ocupato, & in his terminis loquitur Bart. *in tract. de inſula. in ver. nullius*, quem alij ſecuti ſunt, & apertiùs Cœpo. *d. cap. de mari, num.* 11. jam autem oſtendimus, Sereniſſi-

niſſimam Rempublicam Venetam occupaſſe totum mare Hadriaticum, in quo tantam iuriſdictionem habet, quantam in civitate Venetiarum, ut ibid. notat Cœpo. *num.* 10. Reſpondeo tertiò, ſicut dominium particulare, quod habent privati in rebus ſuis, non óbſtat, quò minùs princeps habeat in eiſdem rebus dominium univerſale, ut probatum ſuprà fuit: ita ſi concedatur, civitates mari proximas habere in eo mari dominium: hoc erit dominium in ſpecie, non obſtãs, quò minùs Sereniſſima Reſpublica Veneta in eodem habeat dominium in genere, quod eſt dominium ſuperius. ita *Bal. in l. pen num.* 13, *C. de condit. inſert Bertachi de gabellis, par.* 1. *quæſt.* 6. *num* 20 *Add. ad Cœpo. de mari in lit. A.* Sive igitur legum veritatem, ſive Doctorum auctoritatem ſpectemus, dominium Venetum in mari Veneto inconcuſſum manet.

Opponit ſecundò, quód mare jure naturali eſt omnium commune. *§ 1. Inſtit. de rer. diviſ. l 2 D. eod.* Ergo navigatio libera omnibus eſſe debet. Reſpondeo primò, litora quoque eſſe cõmunia, ſicut mare, dictis juribus. Quẽadmodum igitur communio litorum reſtringitur ad populũ, à quo occupata ſũt. *l. 3. §. litora D. de quid in lo publi.* ita etiam communio maris: adeo ut per mare à nemine occupatum navigatio ſit omninò libera: per mare autem occupatum ab aliquo principe (hoc verbo etiã reſpublicãs complector) II. liberam habeant navigationem, qui ſunt illi principi ſubiecti; alij verò eatenus

nus habeant, quatenus idem princeps eis permittit. Reſpondeo ſecundò, libertatem navigandi non tollere ius exigendi vectigalia & gabellas; ſicut enim in terra liberum eſt ire, & merces deferre per vias publicas, & per flumina publica, ſalvo jure vectigalium, quæ principi debentur, ut loca tuta & ſecura conſervet: ita etiam in mari ſe res habet.

Opponit tertiò auctoritatem Franc. Marci. *quaſt. Delphin.* 110.*n.* 11. par. 2. dicentis, quòd licèt Veneti, quia ædificarunt in mari, prætendant, ſe eſſe in libertate, non tamen ex eo debet ab eis, aliis impediri navigatio, ſtatio, & portus. Reſpondeo primò, quòd ſi Marcus hoc diceret, ejus auctoritas plurium & majoris famæ Iure conſultorum ſuprà citatorum cederet. Reſpondeo ſecūdò, verba Marci in hac oppoſitione malè accipi. Nam revera contra Venetos nihil dicit. Quod ut liquidò appareat, notetur Marcum primò ponere hanc theſin, quòd *licitum eſt ædificare in mari, vel littore: & efficitur incontinenti ſuum, ex quo pilas jactavit. l. ergo* § *fi. D de acquir. rer. dom. nec requiritur perfectio operis. l. 2.* §. *adverſus. D. ne quid in lo publi.* inde infert concluſionem. *Et ideo Veneti ædificaverunt in mari, quod eſt juris gentium, & ſe prætendunt in libertate.* Poſtea eidem theſi adjungit limitationem, *dum tamen non impediatur navigatio, ſtatio, portus,* quæ verba ſunt referenda ad theſin, non ad corollarium. Hæc noſtra interpretatio probatur

batur primò, quia Marcus non dicit, *non im- pediatur ab eis*, id eſt, à Venetis, ut fingitur in dicta oppoſitione; ſed ſimpliciter, *non impe- diatur*. Probatur ſecundò, quia ſcopus Marci n tota illa quæſtione eſt loqui de flumine, nari &c generaliter, non ſpecialiter, de Ve- ietis, de quibus obiter & paucis collegit di- tum corollarium. Probatur tertiò, quia iſta iltima clauſula optimè cohęret theſi, & nul- o modo poteſt referri ad dictum corollari- m. Nam hæc locutio commodiſſima eſt. icitum eſt ædificare in mari vel littore, & fficitur incontinenti ſuum, dum tamen non npediatur navigatio, ſtatio, portus; hæc au- m locutio ferri non poteſt: Veneti ædifica- runt in mari, & ſe prætendunt in libertate, im tamen non impediatur navigatio, &c. uid enim? ſi impediatur navigatio, Veneti on ędificarunt in mari, aut ſe non prætenc- int in libertate? Probatur quartò, quia Mar- s hæc non dicit ex ſe, ſed ſumit ex Cœpo. t. *mari*. Nam ab illis verbis eiuſdem quæſt. *Item. Cœpo. in tracta. de ſervit. prad. ruſtic.* que ad finem quæſtionis; tantùm refert do- inam Cæpolæ, penè iiſdem verbis, ſed cō- ndioſè, nempe quæ habentur apud Cœpo. lis de montibus, de collibus, de valle, de ia, de mari, de littore, de portu, de lacu, de minibus, de flumine privato, de inſula, de co. Quoniam igitur verba Doctorum de- nt intelligi ſecundū ea, quæ allegant. *Bar. non ſolùm §. liberationis num. 7 D de liberat.* n aliis ibi citatis in add. Dom. Sal. *in l. ſi ex*

 cau-

cautione. numero 18. *Codic de non numer. pe*
cun. Iaſ. in leg 1. *numero* 2. *D. de juriſdiction*
idem voluit dicere Marcus, quod Cæpola
Atqui Cæpola hoc non dixit de Vene
tis, ut perſpicue liquet ex lectione dict. cap
de mari. Ergo neque Marcus hoc de
eis dicere voluit: & verbum *ab eis*, perpe
iam & contra mentem Autoris adjectum
eſt a Valenzuela in dicta oppoſitione
quia ſicut Cæpola non reſpexit ad Do
ctores Venetos, ſed ad privatos homi
nes, ædificantes in mari; ita et
iam Marcus Cæpolæ ſententiam refe
rens.

Opponit quarto auctoritatem An
geli *in leg. prætor. ait.* §. *prætor. numer.*
2. *D. ne quid in loco publ.* ubi dicit, Vene
tos, Januenſes & Piſanos non poſſe im
ponere vectigalia navigantibus per eo
rum maria. Sed notandum eſt, Ange
lum non ſimpliciter hoc dicere, ut cita
tur á Velaſquez, ſed adjecta hac li
mitationne, *inconſulto principe.* Reſpon
deo igitur primò, Angel. loqui de jur
civili, cui Venetos non eſſe ſubditos, ſu
prà notavi Reſpondeo ſecundó, eum
niti legibus, quibus derogatum eſt ob
ſervantia communi totius mundi, ſe
cundum Bald. *in rubric. D. de rer. divi*
*colum.*2. quem ſequitur Cæpo. *dict. cap*
de mari numero 10. Immo etiam ipſe
Angel. *conſil.* 290. Reſpondeo tertiò cum
Bal. & Cæpo. dictis locis, conſuetud
nec

nem temporis immemorialis, quàm eſſe pro Venetis ſupra probavi, habere vim conceſſionis factæ â *Principe*. Reſpondeo quarto, dictam ſententiam Augeli iis veram eſſe, qui recognoſcunt ſuperiorem; non in iis, qui nullam recognoſcunt, *Franc. Marc. quæſtion. 39. part 2.* quem refert & ſequitur Tepa. *titul. 48. capit. 3.* Adde Salic. *in leg. vectigalia numero 3. Codic. no. vectigal. inſtit. non poſ. Ri. leg. ſi inſulam, numero 22. D. de verb. obligat.* In quorum numero Venetos eſſe ſuprà probavi.

Opponit quintò, Reges Neapolitanos ſæpe claſſem traduxiſſe per mare Hadriaticum, ſine Venetorum conſenſu: deoq, Venetorum poſſeſſionem fuiſſe interuptam, conſequenter non fuiſſe ab eis mare præſcriptum. Reſpondeo primò, auctores, quos allegat, nihil dicere in præjudiciũ dictæ præſcriptionis. Reſpondeo ſecundò, Sereniſſiam Rempublicam Venetam non præſcriptione aut conſuetudine acquiiviſſe dominium maris Hadriatici. Reſpondeo tertiò, continuam Venetoum poſſeſſionem firmiſſime probari â Chizzola, cujus probationes referuntur â Minuccio Archiepiſcopo Jaderenſi in ſupplemento hiſtoriæ Uſcochorum, pag. 29. & ſqq.

Opponit ſextò Bononienſes, Ravennates & Anconitanos, Venetis contradixiſſe adeò

ut non ſemel fuerit inter eos aperto Marte pugnatum. Reſpondeo, nihil mirum, quòd aliæ Reſpublicæ magnitudini Venetæ invidentes bellum moverint: ſed nihilominùs Dominos Venetos jus ſuum armis retinuiſſe: quia vim vi repellere licet. *l. ut vim. D. de juſtit. & ju.* Cur non addit Velaſquez Genuenſes? An quia cum Venetis transegerunt, & liberam maris Hadriatici poſſeſſionem eis reliquerunt? Sed idem feciſſe Anconitanos teſtatur Straccha Iuriſconſultus Anconitanus *in tra-ctа. de navigatione. num. 8.* Iam verò cùm Sereniſſima Reſpublica Veneta in civitatibus, quæ incontinenti ſitæ ſunt, ut Patavia, Vicentia, Verona, de quibus non ſolùm paſſa eſt bellum, ſed etiam eas aliquando amiſit, nihilominùs dominium ſine controverſia obtineat, quoniam eas recuperavit: quantò magis hoc dicendum eſt de iuriſdictione maritima, quā nunquam amiſit ſed ius ſuū armis conſervavit, & bello aggredientes, fortiter repulit?

Opponit ſeptimò, quòd Dux Oſſunæ, Neapolis Prorex naves & triremes optimè inſtructas miſit in mare Hadritaticum anno. 1617. quibus de Veneta claſſe victoriom reportavit: atque hanc prætenſam victoriam amplificat verbis ſesquipedalibus. Reſpondeo primò, quamvis hoc concederetur, tamen οὐδὲν πρὸς ἔπος. Romani à Carthaginenſibus ſæpe prælio ſuperati, non ſolùm dominium ſuum retinuerunt, ſed etiam Carthaginem everterunt; tam multa ejuſmodi exempla apud hiſtoricos extant, ut parum

pru-

prudens ſit, qui ob aliquam maximam victoriam, nedum ob exiguam, qualis eſt, quæ à Velaſquez refertur, ſuperbè & inſolenter, humanæ conditionis immemor, ſe gerit. Reſpondeo ſecundò, hæc tam facilè à nobis negari, quàm temerè ab adverſario ſine ulla probatione proponuntur. Denique contrarium verius eſſe, & claſſem Hiſpanicam fuga ſibi conſuluiſſe conſtat ex epiſtola Capitanei Alphonſi Italicè ſcripta, & edita, 27. Novembris 1617. Hactenus ad obiectiones Io. Baptiſtæ ſit reſponſum.

Venio ad Anonymi tractatum, quem diſcurſum vocat de libertate maris Hadriatici. Titulus & operis concluſio oſtendunt eum velle oſtendere hoc mare liberum eſſe. Quod ego facilè conceſſerim. Sicut enim ædes dicuntur liberæ, quæ alij quàm domino ſuo non ſerviunt; ſeruæ autem, quæ extraneo ſerviunt. *l. 5. D. ſi uſusfruct. petet. l. ſi quis duas ſi in venditione, l. quicquid. D. commu. præd. l. altiùs. C. de ſeruit. cum ſim.* ita mare liberum eſt, ſi ſolis Venetis ſervit, in quorum dominio eſſe ſuprà oſtendi: ſervum autem eſſet, ſi qui alij. Dominis Venetis invitis per illud navigare poſſunt. Sed videamus, quibus rationibus conetur Anonymus iura Sereniſſimæ Reipublicæ evertere.

Initiò ponit hoc fundamentum, duobus modis iuriſdictiones acquiri, & imponi ſervitutes: titulo conceſſo ab eo, qui concedendi ius habet, & longa nō interrupta poſſeſſione: ut deinceps oſtendat, neutro modo Vene-

tos acquiſiviſſe juriſdictionem in mari Hadriatico. Nam totus ejus Aſiaticus diſcurſus in ſumma in hoc argumento vertitur.

Circa hoc fundamentum noto primò, non eſſe hos duos modos duntaxat; nam alii ponunt quatuor modos, & dicũt juriſdictionem acquiri lege, cõſuetudine, Principis conceſſione & legitima præſcriptione. *Pract. Papienſ. tit. 29. gl. 7. num. 8. Rota, de offic. ordinar. dec. 1. num. 2. in novis.* Nos autem oſtendimus, juriſdictionem in mari Hadriatico Illuſtriſſimis Dominis Venetis competere occupatione, proinde lege, id eſt jure gentiũ non conceſſione, nec longo uſu. Dicto igitur fundamento deſtructo, totus fere diſcurſus corruit: & fruſtra laborat Anonymus in eo probando, quod nos concedimus, neutro ex illis duobus modis, quos propoſuit, Sereniſſimam Rempublicam Venetam acquiſiviſſe dominium maris Hadriatici. Quædam tamen quaſi per tranſennam in eo diſcurſu notemus. Ait, cúm duæ ſint poteſtates, Pontificia & Imperialis ſeu Regia, (e i. Eccleſiaſtica & Politica) neutram poſſe mutare legem divinam, aut naturalem. Hoc verum eſt, ſed noſtræ ſententiæ ſuprà firmatæ non repugnat, quia diſtinctio dominiorum non eſt contra, ſed præter jus naturale, ſi intelligatur jus naturale, quod eſt commune omnibus animalibus. Quod ſi intelligatur jus gentium, ut *in §. ſingulorum Inſtit. de rer. diviſ.* hæc diſtinctio & occupatio dominiorũ ſine dubio eſt ſecundum jus naturale *l. ex hoc*

jure

jure D. de inſtit. & jur. §. jus autem gentium Inſtit de ju. natur.

Addit, neutram poteſtatem poſſe ſubditis adimere dominium rerum particularium. Hoc quoque verum eſt, ſed ad rem non facit, cùm quæſtio non ſit de dominio particulari ſed de univerſali, ut expoſui in ſecunda præmunitione.

Subjicit, ſi mare lege naturæ eſt commune quoad proprietatem, ut dicunt plures textus, inde colligi, quòd ei legem imponere, terminos præſcribere, uni dare, & alios privare, nulli poteſtati eccleſiaſticæ aut ſeculari permiſſum eſt. Falſò ſumit, mare eſſe commune quoad proprietatem, nec ullus textus hoc dicit: imo textus dicunt, uſum maris eſſe communem, proprietatem nullius *l 3 §. 1. D. ne quid in lo. pub. §. litorum. Inſtit. de rer. diviſ.* & eleganter Bal. *in l. quædam. D. de rer. diviſ* ait, mare eſſe commune quoad uſum; proprietatem verò nullius, ſed juriſdictionem eſſe principis, de qua juriſdictione in præſentia agitur, non de proprietate, ut ſuprà monui. Verum tamen eſt, proprietatem concedi occupanti. *l. in tantum D. de rer. diviſ l. ſane D. de injur.* quia quod nullius eſt, occupanti conceditur, ut ſupra notavi: & mare diſtinguitur ac reſtringitur, ſicut terra *Bal. in l beneficium n. 7. D. de conſtit. principum.*

Subjungit civitates maritimas habere juriſdictionem in mari vicino. Ad quod argumentum ſuprà reſpondi: quoniam eodem uſus eſt Valenzuela. Hic tantùm noto, Ano-

nymum ſibi contradicere: quia, dum juriſdi-ctionem tribuit civititatibus, ita ut quælibet dominium habeat in marì proximo, . terminos maris conſtituit, quod tanquàm juri naturali contrarium dixerat à nulla eccleſiaſtica aut ſeculari poteſtate fieri poſſe.

Addit ex Ariſtotele in policitis, mare civitatibus maritimis eſſe territorium, unde ſumunt alimenta & auxilia. Sed quemadmodum in terra, ita etiam in mari quælibet civitas tantum poſſidet, quantum occupare, regere, ac tueri potuit; & ut in ſingulis perſonis, ita etiam in civitatibus & in principibus obtinet, ut non ad æqualitatem arithmeticā redigantur, nec ad neceſſitatis normam; ſed alii plus, alii minus obtineant, etiam quàm ſibi neceſſarium videatur. Unde aliæ civitates ab aliis jure commercii accipiũt, quæ ſibi deſunt, ut obtinet etiā in privatis hominibus, niſi aut Lycurgi legem, aut Anabaptiſtarum hæreſin (quod abſit) amplecti velimus.

Poſt hæc probare nititur, ſummum Pontificem hoc jus Venetis nec dediſſe, nec dare potuiſſe. Quod, quia noſtræ ſententiæ non adverſatur, conſultò prætermitto.

Deinde ut idem probet de Imperatore, infirmat communem *Doctorum* opinionem, & aſſerit Imperatorem nec eſſe, nec umq̃ fuiſſe totius orbis dominum: & neque Imperatorem Orientalem, nec Occidentalem poſſediſſe hoc mare, proinde non potuiſſe illud Venetis concedere. Nos idem ſentimus, ac ſuprà diximus, hoc mare, quod nec Orientalis

Impe-

Imperator adverſus Barbaros tueri potuit, nec Occidentalis unquàm poſſedit, rectè fuiſſe ab illuſtriſſimis Dominis Venetis occupatum, & in ſuam poteſtatem redactum.

Poſt hæc vult Anonymus probare, Illuſtriſſimos Dominos Venetos non potuiſſe mare præſcriptione ſeu conſuetudine acquirere, vel ſervitutem mari imponere, ne alius armatus poſſit ibi verſari. Nos, quid de conſuetudine vel præſcriptione ſentiendum ſit; ſuprà expoſuimus. Servitus autem dici non poteſt, ut ſuprà notavi, niſi valde impropriè: quia nemini res ſua ſervit. *l. in re D. de ſerv. præd. urban. l ſicut. §. pen D. ſi ſerv. vind. l 5. D. ſi uſuſfr. petet.* Sereniſſima autē Reſpublica Veneta univerſale dominium habet in mari Hadriatico: proinde non jure ſervitutis; ſed jure dominij poteſt alios excludere. Sed videamus quomodò probet Venetos non potuiſſe præſcribere. Lege, inquit, naturali mare quoad commercium; eſt commune omnibus, proprietate nullius eſt: nulla autem poteſtas poteſt aliquid concedere in præjudicium legum naturalium quoniam igitur præſcriptio eſt figura tituli; cùm non poſſit poteſtas in mari Hadriatico acquiri conceſſione & privilegio, ſimiliter nō poterit acquiri præſcriptione aut conſuetudine. In his verbis noto primò, hunc auctorem ſibi contradicere: quoniam ſuprà dixerat, mare eſſe commune omnium quoad proprietatem; nunc verò ait, eſſe cōmune ratione commercij, proprietatē autem eſſe nullius. Noto ſecūdò; cum mare

ex dicta maris cōmunione colligere, poteſtatē in mari eſſe contra jus naturale: cùm quia communio eſt uſus, poteſtas vero eſt dominii univerſalis; tum etiam, quia terra quoque ab initio cōmunis fuit omnibus, ut nunc eſt apud quoſdam barbaros; non ideo tamen juriſdictio ſingulorum Principū eſt contra, ſed potius præter jus naturale, ut ſuprà oſtendi. Hoc igitur fundamento ſublato, totum Anonymi argumentum corruit.

Piget in his immorari, quæ hic auctor ſcribit ut probet, ꝙ nos libenter concedimus, Dominis Venetis non competere ſervitutem in mari Hadriatico: quædam tamen in ejus verbis notari poſſunt. Ait, venetos per longū tempus à tempore dictæ cōceſſionis per aliquot centena milliaria non habuiſſe civitatē, regno Neapolitano proximam, proinde nec territorium, conſequenter non potuiſſe acquirere ſervitutem in mari, ꝙ regnum illud alluit. Nos dicimus, nullam conceſſionem & nullam ſervitutem prætendi, quaſi in mari alieno. De Venetorum autem imperio audiat Anonymus, quod ſcribit Jovius *lib* 1. ne plures hiſtoricos cumulem, *Paruere*, inquit, *eis ab initio, quo tempore maximè claſſibus valebant*, Iſtri, Liburni, Dalmatiæ atque Illyrici ora, multæ item nobiles Græciæ urbes cum Eubœa Cretaque inſulis, &c. Unde apparet, eos debuiſſe ac facilè potuiſſe mare Hadriaticum in ſuam ditionem recipere.

Ait, neminē poſſe ſibi ipſi præſcribere, veluti ne tranſeat per locum, in quo domi-

nium

ıium habet: unde infert, regem Neapolitanũ ıon potuiſſe ſibi adimere libertatem armata :laſſe navigandi per mare ſuæ juriſdictionis. 'n his verbis falſò ſupponit, maris Hadriatici uriſdictionem pertinere ad regem Neapoli-anum. Neapolis ad mare Tyrrhenum ſita :ſt, imperiumque ſuum producit uſque ad nare Hadriaticum excluſivè, non incluſivè.

Ait, conſervandam eſſe auctoritatem domini, qui poteſt locum ſervitutis mutare, & ılio loco, ubi minus damni ſentiat, conſti-:uere: idque ait, Celſum dicere *in l. cui. D. le ſervitut.* Verùm Celſus nihil minùs ibi dicit, quàm hoc: non enim loquitur de domino fundi ſervientis, ſed de eo, cui via legata eſt; & inquit, eum poſſe ire quà velit, dummodò civiliter eat, non cum magno ſervientis incommodo, ſi æquè commodè poſſit per aliam partem ire cum minore ſervientis incommodo: non tamen poſſe, cùm ſemel locũ elegerit, eum poſtea mutare.

Ait, neminem eſſe, qui ignoret, ſervitutẽ non acquiri precibus, aut amicitia, ſed actu imperioſo utendi jure ſuo, idque ait, dicere legislatorem *in l.* I. *D. de itin. actu Priv.* Atqui è contrario legislator ibi reprobat violentam poſeſſionem, ſicut clandeſtinam & precariam. Cúm autem conſtet, ſervitutes tam in teſtamento, quàm pactionibus & ſtipulationibus conſtitui poſſe .§. *ult. inſtit. de ſervit.* certum eſt, precibus & amicitia in ſervitutib⁹ conſtituendis locum eſſe.

Ait Reges Neapolitanos ſæpe claſſem duxiſſe per mare Hadriaticum pro libitu, & ibi juriſdictionem exercuiſſe. Idem dixit Velaſquez: & ad id ſuprà reſpondi.

Ait Peregrinum *lib. 1. de ju. fiſ. nu. 18 & 22.* hoc comprobare. Sed æquè falſum eſt, Peregrinum hoc dicere; ac falſum eſt, quod Anonymus ſtatim ſubjicit; Generalem Ziani celeriter rediiſſe Venetias, relinquentem mare ſuo vero domino.

Deinde ait; dominum ſeu magiſtratum civitatum maritimarum ita debere punire fures terreſtres, ut Pyratas maris: hanc juriſdictionem Imperatorem (fortaſſe juriſconſultum dicere voluit, reſpiciens ad *l. imperium. D. de juriſdict.*) appellare gladij poteſtatem rem autē eſſe monſtroſam, ſi Rex Neapolitanus manu inermi poteſtatem ſanguinis & gladij exercere, & in ſuo territorio delinquētes ſine armis punire debeat. Nōs arma concedimus Regi Neapolitano in ſuo territorio, denegamus in alieno, ut Veneto, proinde denegamus in mari Hadriatico. Ad id quod ait de civitatibus maritimis, ſufficienter reſponſum ſuprà fuit.

Poſtea opponit dictū Ulpiani *in l. venditor D. commun. prædior. Mari, quod natura omnibus patet, ſervitus imponi privata lege non poteſt:* Hinc concludit, Venetos non poſſe privata lege cōtra naturæ ordines imponere ſervitu ē mari Regis Hiſpaniarum & aliorū regnorū. Reſpōdeo primò legē privatā eſſe pactū contractui adjectū à privatis perſonis contra-

hentibus,

hentibus, & ita accipi legis vocabulum in d. l. venditor. ubi ſignificat pactum venditioni adjectum, & *in l. legem C. de pact*, & aliis locis. Principem autem poſſe imponere ſervitutem mari, nulla lex negat, & *glo.* & *Fulgoſ. in d. l. venditor.* & *Cæpo. de ſervit. præd. ruſtic. c. 26. de mari, num. 1.* diſertis verbis affirmant. Nihil igitur vetat, quo minùs Sereniſſima Reſpublica Veneta ſervitutem imponat mari; quā ſuprà oſtendi, nullum agnoſcere ſuperiorem. Nihil verò ad rem facit, quòd Rex Catholic9 ſit Rex Hiſpaniarum, & aliorum regnorum, niſi òſtendatur, mare Hadriaticum ſub aliquo illorum regnorum contineri.

Poſthæc Anonymus tanquàm in exceſſu, ut folia impleat qualicunque ſcriptura, narrationem quandam Thraſonicam inſerit in detractionem Dominij Veneti, laudem Neapolitanæ civitatis, & admirationem Regis Catholi[illegible] Sed hæc magis militi glorioſo, quàm juris Doctori conveniunt, quæ nihil ad propoſitam quæſtionem decidendā conferunt. Bìs tamen fatetur, mare Hadriaticū eſſe remotum à metropoli regni Neapolitani, & à portu regię claſſis, eamque propterea non ita frequenter mitti ſolitam in illud mare, ut in proximum Tyrrhenum. Supponit autem, juriſdictionem in mari Hàdriatico eſſe Regis Catholici, & ait, tyrannicum eſſe, ut Veneti, eo invito, mare illud tueantur. Additque, Hiſpaniæ Regem debere etiam Papam, Regem Boœmiæ, Raguſæorum Rempublicam, & Ducem Urbinatem protegere

ac tueri claſſe in Hadriaticum miſſa. Hæc ſunt partim αἰτούμενα τὸ ἐν ἀρχῇ, partim inania crepitacula, & qualia ſunt puerorum aut avium terriculamenta. Sed heus tu, Anonyme, qui omnium præter quàm Venetorum protectionem ſumis: aut illi principes tueri ſe ipſi poſſunt, aut non poſſunt. *Si* dicas, poſſe: intellige, eos non egere protectione Hiſpanica. Si neges poſſe, memineris te antea dixiſſe, mare Hadriaticum eſſe remotum à portu & claſſe Neapolitana, ac Reges Neapolitanos intermiſiſſe claſſis miſſionem in illud mare. Vides igitur opus fuiſſe, ut Sereniſſima Reſpublica Veneta illius maris protectionem ſuſciperet.

Poſt hanc digreſſionem, videamus, inquit, an ſaltem præſcriptione, ſeu conſuetudine, jus aliquod habeant. Hoc eſt, quod primo loco oſtendendum paulò antè propoſuit, & initiò quoque idem propoſuerat. [illegible]ter hoc proponit, ſed nullibi exequitur: quanquam præcipuè debuit hoc probare. Dicerem, eſſe μνημονικὸν ἁμάρτημα, niſi iterum hoc loco repeteret: nã hoc relicto, ad aliud caput tranſit, & ait, Doctores, qui Venetis in mari juriſdictionẽ tribuunt, loqui de lacunis, quæ ſunt citra litus maris Hadriatici, non de ipſo mari Hadriatico: ideoque vocare mare eorũ, vel mare ſuũ. Quam reſponſionẽ, quia ſuprà refutavi, & oſtendi, quid per mare eorũ, vel mare ſuũ Doctores intelligant, non eſt, cur in re tam perſpicua diutius immorer. Qualis enim eſt hæc interpretatio? Veneti præſcripſeruut, dominium maris Hadritici; ut multi

Doctores loquuntur : ergo non præſcripſerunt niſi lacunas Clodiam foſſam uſque : intra littora maris Hadriatici. Hoc nomen, inquit, Hadriatici legere neſcio, niſi in Cæpola, eorum vaſallo, quòd hæc juriſdictio perveniat Corcyram uſque, quæ tunc illorum non erat: nemo hoc dicit, adeo, ut hic terminus & hic finis Hadriatici ſit inventum Hipoplatarij & Guerini *Piſonis*, eorum vaſalli. Hæc Anonymi verba ſunt involuta, & ambigua. Si dicit, ſe non legiſſe nomen maris Hadriatici tanquam à Venetis præſcripti: Ego verò legi, & multa loca ſuprà citavi. Si dicit, ſe non legiſſe illius maris fines Corcyram uſque : ſciát omnes Geographos ita protendere mare Hadriaticum, neminem ad lacunas illud reſtringere : & ſi non ex auctoribus; ſaltē ex deſcriptionibus & tabulis geographicis, quæ vulgò proſtāt, hoc diſcat. Ego ex Ptolomæo geographorū principe ſuprà cōfirmavi fines hujus maris. Videantur omnes antiquæ & novę tabulæ: in omnib⁹ mare Hadriaticū, ſeu gulfus Venet⁹ eò pervenit.

Addit, Doctores æquiparare juriſdictionē Venetorum & Genuenſium. Nos facilè concedimus, eandem juriſdictionem Genuenſes habuiſſe in mare Liguſtico, ac Venetos in Hadriatico: idcirco æquè potuiſſe à Genuēſibus arceri Venetos à Liguſtico, ut à Venetis Genuenſes ab Hadriatico : niſi aliter inter ſe conveniſſent, ut refert Ange. *in d. conſil. 290.* Sed utrùm Genuenſes, qui nunc videntur pendere à nutu Regis Hiſpaniæ, hanc juriſ-

riſdictionem retinuerint, an amiſerint, dicere non auſim, & nihil ad quæſtionem propoſitā pertinet. Scimus enim, dominia, & imperia ſæpe mutari, & ab aliis ad alios transferri; quia nihil eſt ſtabile inter homines, & ita immobile, ut nullam patiatur mutationem, cū omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat, ut inquit Imperator *No. 7. cap. 2.*

Poſt hæc Anonymus expendit quoſdam juris contextus, ut oſtendat, iis non confirmari præſcriptionem maris. Et quamvis noſter labor hîc videri poſſit ſupervacaneus, cùm nos non dicamus præſcriptione acquiſitū Dominis venetis mare Hadriaticum; tamen diſpiciamus, an hos textus Anonymus rectè interpretetur, & ad eos rectè reſpondeat.

Citat *l. ſanè, D. de injur.* ubi dicitur: *Si maris aliquod jus ad aliquem pertinuerit.* Ait Anonymus; hoc videri contrarium axiomati ſuprà à ſe tradito, quod mare jure naturali eſt omnibus commune, ideoque non poteſt alicujus proprium fieri. Nos dicimus; nullam eſſe contrarietatem, cùm dicitur ea, quæ jure naturali communia ſunt, jure gentium eſſe diſtincta & alia aliorum propria facta. Non igitur abſurdè dicitur, quod commune erat, proprium factum eſſe: Quædam tamen communia manſerunt, ut aër, & littora maris. Sed & horum propria facta eſt: nec tantùm, & littorum, ut ſupra probavi, ſed etiam aëris: ſiquidem dominus ſoli dicitur eſſe dominus aëris uſque ad cœlum, ut probat *glo. in l. altiùs.*

idus. C. de ſervit:

Addit Anonymus, dictum textum eſſe intel gendum de jure piſcandi, aut ſimili parum amnoſo Reipubl. propter maris vaſtitatem : quod non eſt contra publicum commerum. Huic interpretationi repugnat vulgata egula, quòd lex generaliter loquens, debet eneraliter accipi. *l. præſes. ff. de offic. præſid. um concor.* Nec ad rem facit, quòd *in l. præd.* agitur de jure piſcandi; quia illa lex eſt llpiani, hæc eſt Pauli: & ſi placet, hanc illi adingere, ſecundum aliam regulam continuao debet fieri ad proximum. *l. 2. ff. de ſta. hom.* poſtremis autẽ verbis legis præcedẽtis Ulanus locutus eſt de lacu, qui eſt in privato acujus dominio: Ergo ſimiliter Paulus loquir de parte maris, quæ eſt in alicujus domio. Illud igitur mare proprium ejus eſt. Neue hoc eſt abſurdum, ſicut enim littus, quod t commune, occupanti conceditur. *l. 6. in . D. de rer. diviſ.* ita etiam mare eadem raone. Ceterùm non negarim, cum *d. lex ſa* loquitur de hominibus privatis, & de cau privata, ut in textu expreſſe dicitur, non oſſe ita occupari in prejudiciũ publici commercij, ſed alia ratio eſt principum, qui commercium cum non ſubditis pro libitu vel dmittunt, vel repudiant, vel limitant, *l. 2. l. mercatores. & l. ult. C. de commerc. mercatorib.* Nota eſt lex ξενηλασίας ua hodie quoque Chinenſes utunur.

Idem dicendum ad *l. ſi quiſquam D. de diverſ.*

verſ temp. praſcript. ubi Anonymus notat verbum *diverticulum* , & ait, non poſſe aliquid fieri in præjudicium publicæ navigationis, quæ omnibus patere debet, *l.* 1. *D.* de fluminib. Nos dicimus navigationem non poſſe impediri per aliquem privatum, ut d. l. poſſe tamen per principem, qui habet regalia, ut notat *Straccha de navig. n. 6.*

Poſt hæc Anonymus ſic argumentatus: Imponent ſervitutem mari, tantùm ſe & hæredes ſuos obligat vi contractus. *l. venditor. D. cõm. pradior* atqui regnum Neapolitanum non defertur jure hęreditario , ſed ex pacto & providentia, ſecundum *Bal in auth. poſt fratres Codic. de legitim. haredib.* ergo ſive pater hanc ſervitutem Venetis conceſſerit, ſive Veneti contra patrem uſurpaverint, hodie filius regnans poteſt juriſdictionem in mari auferre, & Venetis reſiſtere. Reſpondeo primó, Anonymum in hoc argumento falſum ſupponere , quód juriſdictio maris Hadriatici pertinuerit ad regẽ Neapolitanũ, & ei per Dominos Venetos adempta fuerit. Reſpondeo ſecundó, quod dicitur de hęredibus, paſſim in jure intelligi de omnibus ſucceſſoribus univerſalibus: quia loco hęredum habentur, ut bonorum poſſeſſores *l. D. de bonor. poſſeſſ.* & fidei cõmiſſarij univerſales, *§. reſtituta. inſtit cod. titul* Unde nihil referre videtur, utrùm jure hęreditario , an ex pacto & providentia rex Neapolitanus ſucceſſerit. Omitto quód hæc feudi diviſio in hæreditariũ & ex pacto & providentia ab aliis aliter accipi-

accipitur, & à quibuſdã omninò reprobatur, ut à Fachinæo *l. 7 controv. c. 3.* Omitto etiã, ꝙ Bal. *d. auth. poſt fratres* de hac re nihil dicit.

Deinde opponit, quod ait *glo in d l. venditor. in ver. ſuccedentiũ*, conceſſione aut præſcriptione rerũ publicarũ nõ poſſe cõmunẽ uſũ impediri: & ſubjicit ejuſdẽ gloſſæ verba iſta: *Si cõcedo tibi ſervituẽ, per quã publicus uſus nõ impeditur, tunc ego ſaltẽ & hæredes mei tenemur nõ cõtradicere.* Et addit aliũ textũ probare pacta de rebus publicis nõ ligare. *l. juriſgentium. §. ſi paciſcar. D. de pact.* unde colligit Venetos aut Genuenſes nõ poſſe publicũ commerciũ impedire. Audi Anonyme: ego & tu (nam de me & te gloſſa à te allegata loquitur) nõ ſumus principes, ſed homines privati; de me *ſcio*, de te credo, Accurſ & d. cti textus loquũtur de perſonis privatis, quę nec poſſunt juri publico derogare, nec juriſdictionem in mari præſcribere. Sed ſupremos prĩcipes hæc poſſe, certiſſima & receptiſſima Doctorũ ſententia eſt. Argumentũ autẽ à privatis ad prĩcipes, i. e. à minori ad majus, negativè nõ concludit. Idcirco *glo. in d. l. venditor, in ver.* privata. quã Doctores ſequũtur, rectè notat, quãvis ſervitus mari privata lege, i. e. pacto imponi non poſſit, à principe tamen poſſe.

Idẽ dico de ſequenti argumẽto, Ire per loca publica, & ſimilia, ſũt meræ facultatis, nec poſſunt præſcribi. Hoc quoq; pertinet ad jus privatum. Singuli poſſũt ire per vias publicas, non jure præſcriptionis, ſed jure communi quia viarum uſus publicè patet.

patet. Hoc ad propoſitam quæſtionem nihil facit.

Tandem Anonymus ait eorum, quæ ſunt jurisgentium, non dari præſcriptionem, ſed ea acquiri conſuetudine, ſecundum *Bart, in l. quominùs. D. de flumin.* Hanc differētiam ordinariè notari a Doctoribus, præſertim à Balb. de præſcriptionib. 2. par. quartæ partis prin. quæſt. 6. dicente, conſuetudine res publicas fieri proprias ſine damno univerſitatis; præſcriptione autē aliquem acquirere id, quo alterum privavit. Hic noto primò Bart. d. loco non id dicere, ad quod probandum allegatus eſt; ſed ea, quæ ſunt juris gentium, acquiri ſtatim per occupationem, veluti ſi quis in mari aut litore maris ædificet. Noto ſecundò, alias quoque differentias à Doctoribus poni inter præſcriptionem & conſuetudinem, ut videre eſt apud auctores ſuprà citatos.

Nihilominùs tamen hæc vocabula ſæpe confunduntur; ut ſuprà oſtendi. Noto tertiò ad id, quod Anonymus hoc loco probandū ſibi poponit, nihil referre, utrum vocetur conſuetudo, an præſcriptio: quia certum eſt, utramque requirere continuam, non interruptam poſſeſſionem. Quod autem talis non fuerit Dominorum Venetorum poſſeſſio, nititur probare; quia ſæpe claſſis Regis Neapolitani per mare Hadriaticum tranſiit; ut ait, hiſtoricos quoſdam dicere; non facta mentione conſenſus vel diſſenſus Venetorum. Reſpondeo, argumentum ab auctori-

tate

ate negativè conceptum non valere: nam multa aliqui hiſtorici omittunt, quæ alij tradunt, quod & in ipſis Evangeliſtis obſervare licet: Si igitur hiſtorici ab Anonymo citati hoc omittunt: aliæ hiſtoriæ docent conſenſum Illuſtriſſimorum Dominorum Venetorum ab aliis principibus claſſem per mare Hadriaticum dirigere volentibus fuiſſe ſæpius requiſitum, ut evidenter probat Chizzola apud Minuccium loco ſupra citato.

Ex dictis concludo, juriſdictionem ſeu dominium univerſale in mare Hadriatico omninò pertinere ad Sereniſſimum dominium Venetum: & quidem κατ᾽ ἀλήθειαν per ejus occupationem, κατὰ δόξαν longa conſuetudine ſeu præſcriptione temporis, cujus initij memoria non extat: ejuſque dominii effectus eſſe, quos ſuprà retuli.

HUGO-

HUGONIS GROTII
MARE LIBERUM,
SIVE
DE JURE QUOD BATAVIS COMPETIT AD INDICANA COMMERCIA
DISSERTATIO.
CAPUT I.

Iure gentium quibuſvis ad quoſvis liberam eſſe navigationem

PROPOSITUM eſt nobis breviter ac dilucide demonſtrare, jus eſſe Batavis, hoc eſt Ordinum Fæderatorũ Belgicogermaniæ ſubditis, ad Indos, ita uti navigant navigare, cumque ipſis commercia colere. Fundamentum ſtruemus hanc ju-

ris

ris Gentium, quod primarium vocant, regulam certiſſimam, cujus perſpicua atque immutabilis eſt ratio: licere cuivis genti quamvis alteram adire, cumque ea negotiari. Deus hoc ipſe per naturam loquitur, cum ea cuncta quibus vita indiget, omnibus locis ſuppeditari à natura non vult: artibus etiam aliis alias gentes dat excellere. Quo iſta? niſi quod voluit mutua egeſtate & copia humanas foveri amicitias, ne ſinguli ſe putantes ſibi ipſis ſufficere, hoc ipſo redderentur inſociabiles. Nunc factum eſt ut gens altera alterius ſuppleret inopiam, divinæ juſtitiæ inſtituto, ut eo modo (ſicut Plinius dicit) quod genitum eſſet uſpiam, apud omnes natum videretur. Poëtas itaque canentes audimus. *Panegyr.* *Virgil.*

Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt.

Item:

Excudent alii: & quæ ſequuntur. Hoc igitur qui tollunt, illam laudatiſſimam tollunt humani generis ſocietatem, tollunt mutuas benefaciendi occaſiones, naturam deniq; ipſam violant. Nam & ille, quem Deus terris circumfudit Oceanus, undi-

que & undique verſus navigabilis & ventorum ſtati aut extraordinarii flatus, non ab eadem ſemper, & à nulla non aliquando regione ſpirantes, nonne ſignificant ſatis conceſſum à natura cunctis gentibus ad cunctas aditum? Hoc *a* Seneca ſummum Naturæ beneficium putat, quod & vento gentes locis diſſipatas miſcuit, & ſua omnia in regiones ita deſcripſit, ut neceſſarium mortalibus eſſet inter ipſos commercium. Hoc igitur jus ad cunctas gentes æqualiter pertinet: quo clariſſimi *b* Iuriſconſulti eo uſque producunt, ut negent ullam rempublicam aut Principem prohibere in univerſum poſſe, quo minus alii ad ſubditos ſuos accedant, & cum illis negotientur. Hinc jus deſcendit hoſpitale ſanctiſſimum; hinc querelæ:

c Quod genus hoc hominum, quæve tam barbara morem
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arena.

Et alibi:

d littuſque rogamus
Innocuum, & cunctis undamque auramque patentem.

Et ſcimus bella quædam ex hac cauſa cæpiſſe, ut *e* Megarenſibus in Athenienſes, *f* Bononienſibus in Vene-

a 3.4 *Na. qu.*
b *Inſt. de rerum di viſ. §.1. & L. nemo igi tur. ff. eod. Vide Gentil. de iur belli lib.* 1 *c.*19 *Vid. L. merca tores. C. de Cõm.*
c *Virg.* 1. *Æn.*
d 7 *Æn.*
e *Diod.*11 *Plutar. Pericle.*
f *Sig ult. de reb. Ital.*

ns: *g* Caſtellanis etiam in Americanos has juſtas potuiſſe belli cauſas eſſe, & cæteris probabilius Victoria putat, ſi peregrinari & degere apud illos prohiberentur, arcerentur à participatione earum rerum, quæ jure gentium aut moribus communia ſunt, ſi denique ad commercia non admitterentur. Cui ſimile eſt, quod in *h* Moſis hiſtoria, & inde apud *i* Auguſtinum legimus, juſta bella Iſraëlitis contra Amorræos geſſiſſe, quia innoxius tranſitus denegabatur: qui JURE HUMANÆ SOCIETATIS æquiſſimo patere debebat. Et hoc nomine Hercules *k* Orchomeniorum, Græci ſub Agamemnone Myſorum Regi arma intulerunt: quaſi libera eſſent naturaliter itinera, ut *l* Baldus dixit: accuſanturque à Germanis apud *m* Tacitum Romani, quod colloquia congreſſuſque gentium arcerent, fluminaque & terras & cœlum quodammodo ipſum clauderent. Nec ullus *n* titulus Chriſtianis quondam in Saracenos magis placuit, quam quod per illos terræ Judeæ aditu arcerentur. Sequitur ex ſententia Luſitanos, etiamſi domini eſſent earum regionum ad quæ Batavi proficiſcuntur, injuriam tamen

g *Vict. d. Indis par 2. n 1 2. 3. 4 5. 6. 7 Add. Covar. in c. peccatũ §. 9. n. 4. ibi: Quia*

h *Num. c. 20.*

i. *Auguſt. lib 4. qu. 44 ſuper Num. Et eſt c. ult. 23. 4. 2.*

k *Sophocl. Trachin.*

l *3. Conſ. 293.*

m *4. Hiſt*

n *Alci. 7. Conſ 130. Cov. ca. peccatũ. p. 2. §. 9. Bart. ad L. 1, C de Pagan.*

men facturos, ſi aditum Batavis &
mercatum præcluderent. Quanto
igitur iniquius eſt, volentes ali-
quos à volentium populorum cõ-
mercio ſecludi, illorum opera,
quorum in poteſtate nec populi i-
ſti ſunt, nec illud ipſum, qua ite-
eſt, quando latrones etiam & pira-
tas non alio magis nomine deteſta-
tur, quam quod illi hominum in-
ter ſe commeatus obſident atque
infeſtant?

CAPUT II

Luſitanos nullum habere jus domini in eos Indos, ad quos Batavi navigant titulo inventionis.

NON eſſe autem Luſitanos ea-
rum partium dominos, ad
quas Batavi accedunt, puta Iavæ
Taprobanæ, partis maximæ Mo-
luccarum, certiſſimo argumento
colligimus, quia dominus nemo
eſt ejus rei, quam nec ipſe unquam
nec alter ipſius nomine poſſedit.
Habent inſulæ iſtæ, quas dicimus, &
ſemper habuerunt ſuos Reges, ſu-
am rempublicam, ſuas leges, ſua
jura: Luſitanis mercatus, ut aliis
gentibus conceditur: itaque & tri-
buta cum pendunt, & jus mercan-
di

à Principibus exorant, dominos
non eſſe, ſed ut externos adveni-
ſatis teſtantur: ne habitant qui-
m niſi precario. Et quanquam † *L. Si*
dominium titulus non ſufficiat, *Barſato-*
ia & poſſeſſio requiritur, cum *rem. C.*
ud ſit, rem habere, aliud, jus ad *de fide*
n conſequendam, tamen ne ti- *iuſſ. Non*
am quidem dominii in eas par *Marc. c.*
Luſitanis ullum eſſe affirmo, *4. in*
em non ipſis eripuerit Docto- *verbo*
n, & quidem Hiſpanorum ſen *occupare*
ntia. Primum, ſi dicent, inventi *vide Co-*
nis præmio eas terras ſibi ceſſiſ- *nan.*
nec jus nec verũ dicent. † Inveni- *comm.*
nim nõ illud eſt oculis uſurpa- *Iuris Ci-*
ſed apprehẽdere, ut Gordiani e *vil. lib.*
ola oſtenditur; unde Gramma- *3. c. 3. in*
invenire & occupare pro ver- *fine Vide*
ponunt idem ſignificantibus: *Donell.*
ota Latinitas, quòd adepti ſu- *de Iure*
is, id demũ invẽiſſe nos dicit cui *Civil. l.*
poſitum eſt perdere. Quin & i *4. c. 10.*
naturalis ratio, & * legũ diſer- *Inſtit de*
erba, & eruditiorum interpre- *rerũ di-*
io manifeſte oſtendit; ad titu- *viſ. §.*
n dominii parandum, eam de- *illud*
m ſufficere inventionem, quæ *quæſitũ*
n poſſeſſione conjuncta eſt, ubi *eſt* * *L. 3.*
icet res mobiles apprehen- *§ Nera-*
ntur, aut immobiles termi- *tius in*
atque cuſtodia ſepiuntur: *fine ff.*
od in hac ſpecie dici nullo modo *de acq.*
C 2 poteſt. *poſſeſ.*

poteſt. Nam præſidia illic Luſitani nulla habent. Quid quod ne repeririſſe quidem Indiam nullo modo dici poſſunt Luſitani, quæ tot à ſæculis fuerat celeberrima. Jam ab Horatii tempore:

Lib. 1. Epi. 1.

Impiger extremos currit mercator ad Indos
Per mare Pauperiem fugiens.

Taprobanes pleraque quam exacte nobis Romani deſcripſere? Jam vero & cæteras inſulas ante Luſitanos non finitimi tantum Perſæ & Arabes, ſed Europæi etiam, præcipue Veneti, noverant. Præterea *a* inventio nihil juris tribuit, niſi in ea, quæ ante inventionem nullius fuerant. Atqui Indi cum ad eos Luſitani venerunt, etſi partim idololatræ, partim Mahumetani erant, gravibuſque peccatis involuti, nihilominus publice atque privatim rerum poſſeſſionumq; ſuarum dominium habuerunt, quod illis *b* ſine juſta cauſa eripi non potuit. Ita certiſſimis rationibus poſt alios auctores maximi nominis concludit Hiſpanus *c* Victoria: *Non poſſunt*, inquit, *Chriſtiani ſeculares aut Eccleſiaſtici poteſtate civili & principatu privare infideles, eo duntaxat titulo, quia infideles ſunt, niſi ab eis alia injuria profecta ſit.* Fide

Vide Plin Nat. hiſt. l 6. c 22.

a *L 3 ff. de acqu. rerum dō*

b *Covar. in c. peccatum. §. 10. n 2. & 4. & 5*

c *De pot. civ. part 1. n. 9.*

les enim, ut recte inquit *d* Thomas, non tollit jus naturale aut humanum, ex quo dominia profecta ſunt. Imo credere, infideles non eſſe rerum ſuarum dominos, hæreticum eſt: & res ab illis poſſeſſas illis ob hoc ipſum eripere, furtum eſt & rapina, non minus quam ſi idem fiat Chriſtianis. Recte igitur dicit Victoria, non magis iſta ex cauſa Hiſpanis jus in Indos quæſitum, quam Indis fuiſſet in Hiſpanos, ſi qui illorum priores in Hiſpaniam veniſſent. Neque vero ſunt Indi Orientis amentes & inſenſati, ſed ingenioſi & ſolertes, ita ut ne hinc quidem prætextus ſubjiciendi poſſit deſumi, qui tamen per ſe ſatis eſt manifeſtæ iniquitatis. Jam olim Plutarchus πρόφασιν πλεονεξίας fuiſſe dicit ἡμερῶσαι τὰ βαρβαρικὰ, improbam ſcilicet alieni cupiditatem hoc ſibi velum obtendere, quod barbariem manſuefacit. Et nunc etiam color ille redigendi feritas gentes ad mores humaniores, qui Græcis olim & Alexandro uſurpatus eſt, à Theologis omnibus, præſertim Hiſpanis, improbus, atq; impius cenſetur.

d 2. 2. q. 10. art. 12

Vict. de Indis par. 1. n. 4. 5. 6 7. & n. 19.

Vide Vasq in præf. n. 5.

CAPUT. III.

Luſitanos in Indos non habere jus d-
minii titulo donationis Pontifici

SECUNDO ſi pontificis Ale-
ſandri Sexti diviſione utentu
ante omnia illud attendendum e
Vide Oſor. voluceritne Pontifex contentio
tantum Luſitanorum & Caſtel
norum dirimere; quod potuit ſ
ne, ut lectus inter illos arbiter,
cut & ipſi Reges jam ante inter
ea de re fœdera quædam pepig
rant: & hoc ſi ita eſt, cum res in
ter alios acta ſit, ad cæteras gen
non pertinebit? an vero prope ſi
gulos Mundi trientes duobus po
Vide Inſt. d. rerum diviſ §. per tradi pulis donare. Quod etſi voluiſſe
& potuiſſet Pontifex, non tam
continuo ſequeretur, dominos e
rum locorum eſſe Luſitanos, cu
donatio dominum non faciat, ſe
ſecuta traditio; quare & huic cau
ſæ poſſeſſio deberet accedere. Tu
vero, ſi quis jus ipſum ſive divinu
ſive humanum ſcrutari volet, no
autē ex comodo ſuo metiri, faci
deprehēdet dōnationē ejuſmodi
rei alienæ nullius eſſe momēti. D
ſputationē de poteſtate Pōtificis
ho

hoc eſt Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ, hic non aggrediar, nec quicquam ponam niſi ex hypotheſi, hoc eſt quod cõfitentur homines inter eos eruditiſſimi, qui plurimũ Põtificiæ tribuunt auctoritati: maxime Hiſpani: qui cũ pro ſua perſpicacia facile viderẽt, Dominum Chriſtum *a* omne á ſe terrenum imperium abdicaſſe, mundi certe totius dominium, qua homo fuit, non habuiſſe, & ſi habuiſſet, nullis tamen argumentis aſtrui poſſe, jus illud in Petrum aut Romanam Eccleſiam Vicarii jure tranſlatum; cum alias etiam certum ſit *b* multa Chriſtum habuiſſe, in quæ Pontifex non ſucceſſerit; intrepide affirmarũt (utar ipſorum verbis) *c* Pontificem non eſſe dominum civilem aut temporalem totius orbis: Imo etiam ſi quam talem poteſtatem in mundo haberet, eam tamen non rectè exerciturum; cum ſpirituali ſua juriſdictione contentus eſſe † debeat: ſæcularibus autem Principibus eam concedere nullo modo poſſe. Tum vero ſi quam habeat poteſtatem, eam habere, * ut loquuntur, in ordine ad ſpiritualia. Quocirca nullam illi eſſe poteſtatem in populos infide-

C 4 les,

a l. 12. 4 *Ioh. 18. 36* *Vict. de Indis p. 1. n 25.*
b *Vict. ib. num. 27.*
c *Vide Vaſ c. 21. cont ill. Turr. Crem. l. 2. c. 113. Hugo 69. diſt. cum ad verũ. Ber. in l. 2 ad Eug. Vict. de Ind p. 1. n. 27. Cov. in c. pecc § 9. num. 7.*
† *Matt. 20. 26. Ioh 6. 15. M. 17. 27.*
* *Vict. i. n. 28. Cov. d. loco 1. Co. 5. in fine Thõ. 2. 22. 2.*
Ayala l. 1, c. 2. n. 59. Vict. ib. n 30. Cov. d. loco.

les, ut qui ad Eccleſiam non perti-
neant. Unde ſequitur ex ſenten-
tia *d* Cajetani & Victoriæ & po-
tioris partis tam Theologorum
quam Canoniſtarum, non eſſe ido-
neum titulum adverſus Indos, vel
quia Papa dederit provincias illas
tanquam dominus abſolute, vel
quia non recognoſcunt domini-
um Papæ: atque adeo ne Sarace-
nos quidem iſto titulo unquam
ſpoliatos.

d Vide locum Caietani infr. Thom. 2. 2. q 66. art. 8. Silv. de infid. §. 7. Iun. in c. quod ſuper his de voto.

CAPUT IV.

Luſitanos in Indos non habere jus dominii titulo belli.

e d. n. 13.

His igitur ſublatis cum manife-
ſtum ſit, quod & *e* victoria
ſcribit, Hiſpanos ad terras remo-
tiores illas navigantes nullum jus
ſecum attuliſſe occupandi eas pro-
vincias, unus duntaxat titulus bel-
li reſtat, qui & ipſe, ſi juſtus eſſet, ta-
men ad dominium proficere non
poſſet, niſi jure prædæ, hoc eſt poſt
occupationẽ. Atqui tantũ abeſt, ut
Luſitani eas res occupaverint, ut cũ
pleriſque gentibus, quas Batavi ac-
ceſſerunt, bellum eo tempore nul-
lum habeient. Et ſic igitur nul-
lum jus illis quæri potuit: cum et-
jam

am ſi quas ab Indis pertuliſſent injurias, eas longa pace & amicis commerciis remiſiſſe merito cenſeantur. Quamquam ne fuit quidem, quod bello obtenderent. Nam qui Barbaros bello perſequuntur, ut Americanos Hiſpani, duo ſolent prætexere, quod ab illis commercio arceantur, aut quod doctrinam veræ religionis illi nolint agnoſcere. Et commercia quidem Luſitani ab Indis impetrarunt; ut hac in parte nihil habeant, quod querantur. Alter vero obtentus nihilo eſt juſtior, quam ille Græcorum in Barbaros, quo Boëtius reſpexit:

Vide Vaſq. c. 24. Cõtr. ill. Vict. p. 2. de Indis n 10. Met 4.

An diſtant quia diſſidentque mores,
Injuſtas acies, & fera bella movent,
Alternisque volunt perire telis?
Non eſt juſta ſatis ſævitiæ ratio

L. 4. de conſol.

Ita autem & Thomæ & Concilii Toletani & Gregorii & Theologorum, Canoniſtarum, Juriſprudentiumque fere omnium concluſio eſt: Quantumcumque fides an

2. 2 q. 10. art. 8 c. de Iudais diſt: 45. c. qui ſincera in eadem diſt Innoc. d loco Bar. ad l 1. C. de pag. Covarr. ad c. pecc. p. 2. §. 9. & 10. Ayala de jure belli l. 2. n. 21. arg. Mat. 10. 23.

nuntiata ſit Barbaris (nam de his qui ſubditi ante fuerant Chriſtiani Principibus, item de Apoſtatis al[illegible] eſt quæſtio) probabiliter & ſuffi cienter , & ſi noluerint eam reſpi cere, non tamen licere hac ration[illegible] eos bello perſequi , & ſpoliar[illegible] bonis ſuis. Operæ pretium eſt i[illegible] hanc rem ipſa Cajetani verba de ſcribere: * *Quidam*, ait, *infideles ne de jure nec de facto ſubſunt ſecund[illegible] temporalem juriſdictionem Princip[illegible] bus Chriſtianis, ut inveniuntur p[illegible] gani, qui nunquam Imperio Roma[illegible] ſubditi fuerunt, terras habitantes, i[illegible] quibus Chriſtianum nunquam fui[illegible] nomen Horum namq; domini, quam vis infideles, legitimi domini ſunt. ſi ve regali , ſive politico regimine gu bernantur: nec ſunt propter infidelita tem à dominio ſuorum privati, quum dominium ſit ex jure poſitivo, & in fidelitas ex divino jure, quod non to[illegible] lit jus poſitivum , ut ſuperius in qu[illegible] ſtione habitum eſt. Et de his nulla ſcio legem quoad temporalia. Contr[illegible] hos nullus Rex, nullus Imperator, ne[illegible] Eccleſia Romana poteſt movere be[illegible] lum ad occupandas terras eorum , au[illegible] ſubjiciendos illos temporaliter : qui[illegible] nulla ſubeſt cauſa juſta belli, cum Jeſu[illegible] Chriſtus Rex Regum , cui data eſt po teſtas in cœlo & in terra , miſerit a[illegible]*

capi

*ad Sum Thom 2. 2 q 66. art 8.

apiendam poſſeſſionem mundi , non
ilites armata militia , ſed ſanctos
radicatores , ſicut oves inter lupos.
nde nec in teſtamento veteri, ubi ar-
ata manu poſſeſſiò erat capienda ,
erra infidelium inductum lego bellum
licui propter hoc, quod non erant fide-
es: ſed quia nolebant dare tranſitum,
el quia eos offenderant, ut Madiani-
e; vel ut recuperarent ſua , divina
argitate ſibi conceſſa. Vnde GRA-
VISSIME PECCAREMUS, *ſi fi-*
em Chriſti Ieſu per hanc viam am-
liare contenderemus : nec eſſemus
LEGITIMI DOMINI *illorum : ſed*
MAGNA LATROCINIA *com-*
itteremus; & teneremur ad reſtitu-
ionem; utpote INJUSTI DEBEL-
LATORES AUT OCCUPA-
TORES: *Mittendi eſſent ad hos præ-*
icatores boni viri, qui verbo & ex-
mplo converterent eos ad Deum : &
on qui eos opprimant, ſpolient, ſcan-
alizent, ſubjiciant, & duplo gehennæ
lios faciant , more Phariſæorum.
Et in hanc formam audimus ſæpe
Senatu in Hiſpania , & Theolo-
gis, præcipue Dominicanis decre-
um fuiſſe , ſola verbi prædicatio-
e non bello Americanos ad fidem
raducendos : libertatem etiam,
quæ illis eo nomine erepta eſſet,
eſtitui debere, quod à Paulo ter-

tio Pontifice, & Carolo Quinto Imperatore Hiſpaniarum Rege comprobatum dicitur. Omittimus jam Luſitanos in pleriſque partibus religionem nihil promovere, ne operam quidem dare, cum ſoli lucro invigilent. Imo & illud ibi verum eſſe, quod de Hiſpanis in America Hiſpanus ſcripſit, non miracula, non ſigna audiri, non exempla vitæ religioſæ, quæ ad eandem fidem alios poſſent impellere, ſed multa ſcandala, multa facinora, multa impietates. Quare cum & poſſeſſio & titulus deficiat poſſeſſionis, neq; res ditioneſque Indorum pro talibus haberi debeant quaſi nullius ante fuiſſent, neque cum illorum eſſent, aliis recte acquiri potuerint, ſequitur Indorum populos, de quibus nos loquimur, Luſitanorum proprios non eſſe, ſed liberos & ſui juris: de quo ipſi doctores Hiſpani non dubitant.

Vict. in fine par. 1. relect. de Indis

CAPUT V.

Mare ad Indos aut jus eò navigandi non eſſe proprium Luſitanorum titulo occupationis.

SI ergo in populos terraſque & ditiones Luſitani jus nullum quaſi-

quæ ſiverunt, videamus, an mare & navigationem, aut mercaturam ſui juris facere potuerint. De mari autem prima ſit conſideratio, quod cum paſſim in jure aut nullius, aut commune, aut publicum Juriſgentium dicatur, hæ voces quid ſignificent ita commodiſſime explicabitur, ſi Poëtas ab Heſiodo omnes, & Philoſophos, & Juriſconſultos veteres imitati, in tempora diſtinguamus ea, quæ tempore forte haud longo, certa tamen ratione & ſui natura diſcreta ſunt. Neque nobis vitio verti debet, ſi in juris à natura procedentis explicatione, auctoritate & verbis eorũ utimur, quos conſtat naturali judicio plurimum valuiſſe. Sciendum eſt igitur in primordiis vitæ humanæ aliud, quam nunc eſt dominium, aliud communionem fuiſſe. Nam dominium nunc proprium quid ſignificat, quod ſcilicet ita eſt alicujus, ut alterius non ſit eodem modo. Commune autem dicimus, cujus proprietas inter plures conſortio quodam aut conſenſu collata eſt, excluſis aliis. Linguarum paupertas coëgit voces eaſdem in re non eadem uſurpare. Et ſic iſta noſtri moris nomina ad jus illud priſtinum ſimilitudine qua-

vide Gl. & Caſtr. in l ex hoc jure & o jus nat. diſt. 1

dam & imagine referuntur. Commune igitur tunc non aliud fuit, quam quod ſimpliciter proprio opponitur: Dominium autem facultas non injuſta utendi re communi, quem uſum ſcholaſticis viſum eſt facti, non juris vocare, quia qui nunc in jure uſus vocatur proprium eſt quiddam, aut ut illorum more loquar, privative ad alios dicitur. Jure primo Gentium, quod & Naturale interdum dicitur, & quod Poëtæ alibi ætate aurea, alibi Saturni aut Juſtitiæ regno depingunt, nihil proprium fuit: quod Cicero dixit: *Sunt autem privata nulla natura.* Et Horatius:

Vide Vàſq. controv. uſu freq. c. 1. n. 10. c. exiit qui ſeminat de Verb. ſig. in 6. clem. exivi de paradiſo. de verb. ſign.

> *Nam* PROPRIÆ *telluris* HERUM NATURA *nec illum;*
> *Nec me, nec quenquam ſtatuit.*

Neque enim potuit natura dominos diſtinguere. Hoc igitur ſignificatu res omnes eo tempore communes fuiſſe dicimus, idem innuentes, quod Poëtæ, cum primos homines in medium quæſiviſſe, & Juſtitiam caſto fœdere res medias tenuiſſe dicunt; quod ut clarius explicent, negant eo tempore cam-

pos

pos limite partitos, aut commercia fuiſſe ulla.

promiſcua rura per agros *Avienus in Arat.*

Præſtiterant cunctis COMMUNIA *cuncta* VIDERI.

Recte additum eſt *videri* propter translationem ut diximus vocabuli. Communio autem iſta ad uſum referebatur:

Pervium cunctis iter, *Seneca Octavia.*

COMMUNIS USUS *omnium rerum fuit.*

Cujus ratione dominium quoddam erat, ſed univerſale, & indefinitum: Deus enim res omnes non huic aut illi dederat, ſed humano generi, atque eo modo plures in ſolidum ejuſdem rei domini eſſe non prohibebantur: quod ſi hodierna ſignificatione ſumamus dominium, contra omnem eſt rationem. Hoc enim proprietatem includit, quæ tunc erat penes neminem.

Aptiſſime autem illud dictum eſt:

omnia rerum *Avienus*

Vſurpantis erant.

Ad eam vero, quæ nunc eſt, dominiorum diſtinctionem non impetu quodam, ſed paulatim ventum videtur; initium ejus monſtrante *ff. de uſuf ear. rer. quæ uſu conſ. Extrav. de verb. ſign. ad conditorem & quia quorundam Thom. 2. 2. 78.*

ac Natura. Cum enim res non ſin
nō nullæ, quarū uſus in abuſu con
ſiſtit, aut quia converſæ in ſubſtan
tiam utentis nullum poſtea uſum
admittunt, aut quia utendo fiun
ad uſum deteriores, in rebus prio-
ris generis, ut cibo & potu, pro
prietas ſtatim quædam ab uſu non
ſejuncta emicuit; hoc enim eſt pro-
prium eſſe, ita eſſe cujuſquam, ut
& alterius eſſe non poſſit, quod de-
inde ad res poſterioris generis, ve-
ſtes puta, & res mobiles alias aut ſe
moventes ratione quadam produ-
ductum eſt. Quod cum eſſet, ne
res quidem immobiles omnes, agri
puta, indiviſi manere potuerunt:
quanquam enim horum uſus non
ſimpliciter in abuſu conſiſtat, eo-
rum tamen uſus abuſus cujuſdam
cauſa comparatus eſt, ut arva & ar-
buſta cibi cauſa, paſcua etiam ve-
ſtium: omnium autem uſibus pro-
miſcue ſufficere non poſſunt. Re-
pertæ proprietati lex poſita eſt,
quæ naturam imitaretur. Sicut e-
nim initio per applicationem cor-
poralem uſus ille habebatur, unde
proprietatem primum ortam di-
ximus, ita ſimili applicatione res
proprias cujuſque fieri placuit.
Hæc eſt quæ dicitur occupatio, vo-
ce accommodatiſſima ad eas res,
quæ

quæ ante in medio poſitæ fuerant: quo Seneca Tragicus alludit.

IN MEDIO *eſt ſcelus*
POSITVM OCCVPANTI Sen. Thyeſte.

Et Philoſophus : *Equeſtria* OMNIVM *Equitum Romanorum ſunt:* *n illis tamen locus meus ſit* PROPRIVS, *quem* OCCVPAVI. Sen. Ben. li. 7. c. 12. Hinc Quintilianus dicit, quod omnibus Decl. 13. naſcitur induſtriæ eſſe præmium. Et Tullius, factas eſſe veteri occupatione res eorum, qui quondam De off. 1. n vacua venerant. Occupatio autem hæc in his rebus, quæ poſſeſſioni renituntur, ut ſunt feræ beſtiæ, perpetua eſſe debet, in aliis ſufficit, corpore cœptam poſſeſſionem animo retineri. Occupatio a mobilibus eſt apprehenſio, in mmobilibus inſtructio aut limitatio: unde Hermogenianus, cum ominia diſtincta dicit, addit, agris L. ex hoc jure. ff. de Iuſt. & jure. terminos poſitos, ædificia collocata. Hic rerum ſtatus à Poëtis indicatur:

Tum laqueis captare feras, & fallere viſco Virg. 1. Georg.
Inventum:
Tum primum ſubiere domos.
COMMVNEMQVE PRIVS, *ceu lumina ſolis & auræ* Ovid. in Metam.
Cautus humum longo ſignavit LIMITE *meſſor.*

cele-

Celebratur poſt hæc, ut Hermogenianus indicat, commercium, cujus gratia

Ovid. *Fluctibus ignotis inſultavere carina.*

Eodem autem tempore & reſpublicæ inſtitui cœperunt: Atque ita earum, quæ à prima cõmunione divulſa erant, duo facta ſunt genera. Alia enim ſunt publica, hoc eſt populi propria (quæ eſt genuina iſtius vocis ſignificatio) alia mere privata, hoc eſt ſingulorum. Occupatio autem publica eodem modo

De benef. 7.4. fit, quo privata. Seneca: *Fines Athenienſium, aut Campanorum vocamus, quos deinde inter ſe vicini privata terminatione diſtinguunt.* Ge[...] enim unaquæque:

Seneca Octav. PARTITA FINES *regna conſtituit, novas*

Extruxit URBES.

Offi. 1. Hoc modo dicit Cicero, agrum Arpinatem Arpinatum dici, Tuſculanum Tuſculanorum: *ſimilisque eſt*, inquit, *privatarum poſſeſſionum deſcriptio, ex quo quia ſuum cujuſque fit, eorum quæ natura fuerant* COMMUNIA, *quod cuique obtig[...] id quiſque teneat.* Contra autem

Lib. 1. Thucydides eam terram, quæ in divisione populo nulli obvenit, ἀόριστον, hoc eſt indefinitam, & limitibu[...]

tibus nullis circumſcriptam vocat. Ex his, quæ hactenus dicta ſunt, duo intelligi poſſunt. Prius eſt, eas res, quæ occupari non poſſunt, aut occupatæ nunquam ſunt, nullius proprias eſſe poſſe: quia omnis proprietas ab occupatione cœperit. Alterum vero, eas res omnes, quæ ita à natura comparatæ ſunt, ut aliquo utente nihilominus aliis quibuſvis ad uſum promiſcue ſufficiant, ejus hodieque conditionis eſſe, & perpetuo eſſe debere cujus fuerant, cum primum à natura proditæ ſunt. Hoc Cicero voluit: *Ac latiſſime quidem patens hominibus omnibus inter omnes ſocietas hæc eſt, in qua omnium rerum, quas ad communem uſum natura genuit, eſt ſervanda communitas.* Sunt autem omnes res huius generis, in quibus ſine detrimento alterius alteri commodari poteſt. Hinc illud eſſe dicit Cicero: *Non prohibere aqua profluente.* Nam aqua profluens, qua talis, non qua flumen eſt, inter communia omnium à Juriſconſultis refertur: & à Poëta:

Vide Dua in tit. de rerum div & qual.

Offi 1.

> *Quid prohibetis* AQUAS? USUS COMMUNIS *aquarum eſt.*

Ovid. l 6 Metam.

Nec

Nec Solem PROPRIVM NATVRA *nec* AERA *fecit*.
Nec tenues VNDAS; *in* PVBLICA *munera veni*.

Dicit hæc non eſſe natura propria, ſicut Vlpianus natura omnibus patere, tum quia primum à natura prodita ſunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt, (loquitur Neratius) tum quia, ut Cicero dicit, à natura ad uſum communem genita videntur. Publica autem vocat tralatitia ſignificatione, non quæ ad populum aliquem, ſed quæ ad ſocietatem humanã pertinent, quæ publica Iuriſgentium in Legibus vocãtur: hoc eſt communia omnium, propria nullius. Hujus generis eſt Aër, duplici ratione, tum quia occupari non poteſt, tum quia uſum promiſcuum hominibus debet. Et eiſdem de cauſis commune eſt omnium Maris Elementum, infinitum ſcilicet, ita, ut poſſideri non queat, & omnium uſibus accommodatum: ſive navigationem reſpicimus, ſive etiam piſcaturam. Cujus autem juris eſt mare, ejuſdem ſunt ſi qua mare aliis uſibus eripiendo ſua fecit, ut arenæ maris, quarum pars terris continua littus dicitur. Recte igitur Cicero: *quid tam* COMMVNE *quam*

L. vendi ff. cõ. præd

L. quoa in littore. ff. de acqu. rer. dom. loco citat.

Vide Cocni. cõm. ci. l. 3. c. 2 Donell. lib. 4 c. 2 L. ult. de uſucap.

l. Ariſt. de rer di. loco citato

Inſt. de.

quam MARE *fluctuantibus*, LITTVS *ejectis*? Etiam Virgilius auram, undam, littus cunctis patere dicit. Hæc igitur ſunt illa, quæ Romani vocant communia omnium iure naturali, aut quod idem eſſe diximus, publica juris gentium, ſicut & uſum eorum modo communem, modo publicum vocant. Quanquam vero etiam ea nullius eſſe, quod ad proprietatem attinet, recte dicantur; multum tamen differunt ab his, quæ nullius ſunt, & communi uſui attributa non ſunt, ut feræ, piſces, aves: nam iſta ſi quis occupet, in jus proprium tranſire poſſunt, illa verò totius humanitatis conſenſu proprietati in perpetuum excepta ſunt propter uſum, qui cum ſit omnium, non magis omnibus ab uno eripi poteſt, quam a te mihi, quod meum eſt. Hoc eſt quod Cicero dicit, inter prima eſſe juſtitiæ munera, rebus communibus pro communibus uti. Scholaſtici dicerent eſſe communia alia affirmative, alia privative. Diſtinctio hæc non modo Iuriſprudentibus uſitata eſt, ſed vulgi etiam confeſſionem exprimit: unde apud Athenæum convivator mare commune eſſe dicit, at piſces capientium fieri. Et in *Plautina* Rudente

re. div. §. & quidem naturali, & §. lit. ff de rer. div. l. 1. & L. 2. & l Ariſtot eod. tit. L. quod in Littore. L. quamvis de acq. rer. dom. L. ſi quis me, de Injur. L. littora Ne quid in loco pub. cum L ſeq.

dente ſervo dicenti, *Mare quidem commune certo eſt omnibus*, aſſentit piſcator, addenti autem, *In mari inventum eſt, commune eſt*, recte occurrit:

Vide Dõ. L. 4. c. 2.

Meum quod rete atque hami nacti ſunt, meum potiſſimum eſt.

Inſtit. de re. di §. litt. l. riparum §. 1 ff de rer. div. l fluminũ ff. de damno inf. L. quamvis de ac. rer. dom. L in litto. Nequid in loco pub L. Ariſt. de rerum div L. quod in littore. de acq. rer dom.

Mare igitur proprium omnino alicujus fieri non poteſt, quia natura commune hoc eſſe non permittit, ſed jubet; imo ne littus quidem: niſi quod hæc addenda eſt interpretatio: ut ſi quid earum rerum per naturam occupari poſſit, id eatenus occupantis fiat, quatenus ea occupatione uſus ille promiſcuus non læditur. Quod merito receptum eſt: nam cum ita ſe habet, ceſſat utraque exceptio per, quam eveniſſe diximus, ne omnia in jus proprium tranſcriberentur. Quoniam igitur inædificatio ſpecies eſt occupationis, in littore licet ædificare, ſi id fieri poteſt ſine cæterorum incommodo, ut Pomponius loquitur: quod ex Scævola explicabimus, niſi uſus publicus, hoc eſt communis, impediretur. Et qui ædificaverit, ſoli dominus fiet: quia id ſolum nec ullius proprium, nec ad uſum communem neceſſarium fuit: eſt igitur occupantis: ſed non diutius quam durat

at occupatio, quia reluctari mare
oſſeſſioni videtur, exemplo feræ,
uæ ſi in naturalẽ ſe libertatem re-
eperit, non ultra captoris eſt, ita &
ttus poſtliminio mari cedit Quic- *d L. litt.*
uid autem privatum fieri occu- *ne quid*
ando, idem & publicum, hoc eſt *in loco*
opuli proprium poſſe oſtendi- *publ Do-*
ius. Sic littus Imperii Romani fi- *nell l.4.*
ibus incluſum, populi Romani eſ- *c.2. & c.*
, Celſus exiſtimat: quod ſi ita eſt, *9.*
ninime mirandũ eſt, eundem Po *d. Loquã-*
ulum ſubditis ſuis occupandi lit- *vis de ac.*
oris modum per Principem aut *rer. dom.*
rætorem potuiſſe concedere. Cæ- *L.2. in*
erum & hæc occupatio non minus *princ. &*
uam privata, ita reſtringenda eſt, *§. merit.*
e ulterius porrigatur, quam ut ſal *& §. Si*
us ſit uſus Juriſgentium. Nemo *quis à*
gitur poteſt à Populo Romano ad *Princip.*
ttus maris accedere prohiberi, & *Ne quid*
tia ſiccare, & alia facere, quæ ſe- *in loco*
el omnes homines in perpetuum *pu. L. Ne-*
bi licere voluerunt Maris autem *mo igitur*
atura hoc differt à littore, quod *ff de rer.*
are niſi exigua ſui parte nec in- *diviſ.*
dificari facile nec includi poteſt: *Vide d L.*
ut poſſet, hoc ipſum tamen vix *littora. ff.*
ontingeret, ſine uſus promiſcui *Ne quid*
mpedimento. Si quid tamen exi- *in loco pu*
uũ ita occupari poteſt, id occupã-
onceditur. Hyperbole eſt igitur:

* *Contracta piſces æquora ſentiunt.* * *Horat.*

lactis

jactis in altum molibus.

Nam Celſus jactas in mare pila ejus eſſe dicit, qui jecerit. Sed id ne concedendum, ſi deterior maris u-ſus eo modo futurus ſit. Et Vlpia-nus eum, qui molem in mare jacit ita tuendum dicit, ſi nemo damni ſentiat Nam ſi cui hæc res nocitu-ra ſit, Interdictum utique, Ne quid in loco publico fiat, competitu-rum: Ut & Lebeo, ſi quid tale in mare ſtruatur, Interdictum vul-competere. Ne quid in Mari, quo portus, ſtatio, iterve navigiis dete-rius ſit, fiat. Quæ autem navigati-onis, eadem piſcatus habenda eſt ratio, ut communis maneat omni-bus Neque tamen peccabit, ſi quis in maris diverticulo piſcandi locū ſibi palis circumſepiat, atque ita privatum faciat: ſicut Lucullus ex-ciſo apud Neapolim monte ad vil-lam ſuam maria admiſit. Et huju generis puto fuiſſe piſcina maritimas quarum Varro & Co-lumella meminerunt. Nec Mar-tialis aliò ſpectavit, cum d Formiano Apollinaris loquitur

d L. litto. L. 2. n. quidē lo co publ. §. Adv.

L. 1. §. ſi in mare. ff. de flu-minibus.

Plin. lib. 10. c. 54.

Lib. 10. Epig. 10. De Na bitſ. c. 3. L. ſane ſi maris. ff de inju-ris.

Si quando NEREUS *ſentit Aeo-*
regnum,
Ridet procellas tuta de SVO *menſa*

Et Ambroſus; *Inducis mare intr*

præ

radiatua,ne deſint bellua. Hinc ap-
parere poteſt,quæ mens Pauli fue-
rit,cum dicit,ſi maris proprium jus
ad aliquem pertineat,Uti poſſide-
tis interdictum ei competere. Eſſe
quidem hoc Interdictum ad pri-
vatas cauſas comparatum,non au-
tem ad publicas,(in quibus etiam
ea comprehenduntur, quæ jure
gentium communi facere poſſu-
mus)ſed hic jam agi de jure fruen-
do,quod ex cauſa privata contin-
gat, non publica, ſive communi.
Iam teſte Marciano, quicquid oc-
cupatum eſt & occupari potuit,id
jam non eſt jurigentium, ſicut eſt
mare. Exempli cauſa, ſi quis Lu-
cullum aut Apollinarem in priva-
to ſuo,quatenus diverticulum ma-
ris incluſerant, piſcari prohibuiſ-
ſet, dandum illis interdictum Pau-
lus putavit, non ſolum injuriarum
actionem,ob cauſam ſcilicet priva-
tæ poſſeſſionis. Imo in diverti-
culo maris,ſicut in diverticulo flu-
minis,ſi locum talem occuparim,
ibique piſcatus ſim, maxime ſi ani-
mum privatim poſſidendi plurium
annorum continuatione teſtatus
fuerim, alterum eodem jure uti
prohibebo: ut ex Marciano colli-
gimus,non aliter quam in lacu qui
mei dominii eſt. Quod † verum,

De Nabuſ c.3. L. ſane ſi maris ff. de injuriis

L nemo igitur ff. de rer. di.

L. ſi quisquam de diverſ. & temp. præſcr.

† L. præſc. ff de uſucap

D quam-

quamdiu durat occupatio, quemadmodum in littore antea dixi-mus. Extra diverticulum idem nõ * erit, ne ſcilicet communis uſus impediatur. Ante ædes gitur meas aut prætorium ut piſcari aliquem prohibeant uſurpatum quidẽ eſt, ſed nullo jure, adeo quidem ut Vlpianus contemta ea uſurpatione ſi quis prohibeatur injuriarum dicat agi poſſe. Hoc Imperator Leo (cujus Legibus non utimur) *a* cõtra juris rationẽ, voluitq; προθυρα, hoc eſt veſtibula maritima eorum eſſe propiia, qui oram habitarent ibique eos jus piſcãdi habere: quod tamen ita procedere *b* voluit, ut ſeptis quibuſdam remoratoriis quas ἐποχὰς Græci vocãt, locus ille occuparetur: exiſtimans nimirum non fore ut quis exiguam maris portionem alteri invideret qui ipſe toto mari ad piſcandum admitteretur. Certe ut quis magnam maris partem, etiamſi poſſit, publicis utilitatibus eripiat, non tolerandæ eſt improbitatis: in quam merito Vir Sanctus *c* invehitur: SPATIA MARIS *ſibi vindicant* IVRE MANCIPII, *piſciumque jura ſicut vernaculorũ conditione ſibi ſervitii ſubjecta commemorant. Iſte inquit,* SINVS *maris meus eſt; ille alterius.*

Di

*L injuriarũ § ultim. ff. de injur. d L injur. d L. injuriarum §. ſi quis me.

a Novell. 59.

b Novella Leo 102. 103. 104. Vide Cuiac. 14. obſ. 1.

c Ambr. L 5. Hex. cap. 10.

Dividunt elementa ſibi potentes. Eſt igitur Mare in numero earum rerum d quæ in commercio nō ſunt, hoc eſt, quæ proprii juris fieri non poſſunt. Vnde ſequitur ſi proprie loquamur, nullam Maris partem in territorio populi alicujus poſſe cenſeri. Quod ipſum Placentinus ſenſiſſe videtur, cum dixit, Mare ta eſſe commune, ut in nullius dominino ſit niſi ſolius Dei: & Ioannes Faber, e cum mare aſſerit relictum in ſuo jure, & eſſe primævo, quo omnia erant communia. Alioquin nihil differrēt quæ ſunt omnium communia ab his quæ publica proprie dicuntur, ut mare à flumine. Flumen populus occupare potuit, ut incluſum finibus ſuis, mare non potuit. Territoria autem ſunt ex occupationibus populorum, ut privata dominia ex occupationibus ſingulorum. Vidit hoc Celſus, qui clare ſatis diſtinguit inter littora, quæ Populus Romanus occupare potuit, ita tamen ut uſui communi non noceretur, & mare quod priſtinam naturam retinuit. Nec ulla lex g diverſum indicat. Quæ vero leges à contrariæ ſententiæ auctoribus citantur, aut de inſulis loquuntur, quas clarum eſt occupari potuiſſe, aut de por-

d *Donel. l 4. c. 6.*

e *Ioh. Fa. add. §. Littorū. inſt de rerū. divi. adde DD. ad l.* ἀξίωσις *ff. ad l. Rodiam.*

f *L littor. Ne quid in loco pub.*

g *Vide L. inſula ff. de judic. Vide L. Cæſar ff. de public. Gloſſ. in L. quadā de rerum divi. & in d L. littora. & in §. 1. In de rer. divi. Bal. in d l, quadā.*

tu, qui non communis eſt, ſed proprie publicus. Qui vero dicunt, mare aliquod eſſe Imperii Romani, dictum ſuum ita interpretantur, ut dicant, jus illud in mare ultra protectionem & juriſdictionē non procedere: quod illi jus à proprietate diſtinguunt: nec forte ſatis animadverunt idipſum, quod Populus Romanus claſſes præſidio navigantium diſponere potuit, & deprehenſos in mari piratas pūire, nō ex proprio ſed ex cōmuni jure accidiſſe, ꝙ & aliæ liberæ gētes in mari habēt. Illud interim fatemur, potuiſſe inter gentes aliquas cōvenire, ut capti *a* in maris hac vel illa parte, hujus aut illius reipublicæ judicium ſubirent, atque ita ad commoditatem diſtinguendæ juriſdictionis in mari fines deſcribi, quod ipſos quidē eā ſibi legē ferentes obligat, at alios populos nō itē; neq; *b* locū alicujus propriū facit, ſed in perſonas contrahentium jus conſtituit. Quæ diſtinctio ut naturali rationi conſentanea eſt, ita Vlpiani reſpōſo quodā comprobatur, qui rogatus, an duorum prædiorum maritimorū dominus, alteri eorum, quod venderet, ſervitutem potuiſſet imponere, ne inde in certo maris lo-

co

a *Bal. in c. in princ, in 2. col. Quib. mod. feud. ami. ad de l unic. C. de claſſ lib. 11. & Aug. in l ſane. ff. de injur.*

b *L. Vendi fundi Cō præd. adde L. caveri. eod.tit.*

co piſcari liceret? reſpondet, rem quidem ipſam, mare ſcilicet, ſervitute nulla affici potuiſſe, quia per naturam hoc omnibus pateret, ſed cum bona fides contractus legem venditionis ſervari expoſceret, perſonas poſſidentium & in jus eorum ſuccedentium per iſtam legem obligari Verum eſt loqui Iuriſconſultum de prædiis privatis, & lege privatâ, ſed in territorio & lege populorum eadem hic eſt ratio, quia populi reſpectu totius generis humani privatorum locū obtinent. Similiter *c* reditus, qui in piſcationes maritimas conſtituti, *d* Regalium *d* numero cenſentur, non rem, hoc eſt, mare aut piſcationem, ſed perſonas obligant. *e* Quare ſubditi, in quos legem ferendi poteſtas Reipublicæ aut Principi ex conſenſu competit, ad onera iſta compelli forte potuerunt: ſed exteris jus piſcandi ubique immune eſſe debet, ne ſervitus imponatur mari, quod ſervire non poteſt. *e* Non enim maris eadem quæ fluminis ratio eſt: quod cum ſit publicum, id eſt, populi, jus etiam in eo piſcandi à populo aut Principe concedi aut locari poteſt, ita ut ei qui cōduxit etiā interdictū Veteres *f* dederint, de loco publi-

c C. quæ ſint. Reg. in Feudis
d C. quæ ſint Rega. in Feudis.
e Vide Bal de praſcr. 4. parte 5. part pri. qu 6. n. 4.
f d l. in jur §. quis mo. verſ cō. ducto ff. d. injur ff de loco publ. fruendo.

publico fruēdo, addita cōditione, ſi is cui locādi jus fuerit, fruendū alicui locaverit: quæ cōditio in mari evenire non poteſt. Cæterum qui ipſam piſcationem numerant inter Regalia, ne quidem illum locum quem interpretabantur ſatis inſpexerunt, quod Iſerniam g. & Alvotum non latuit. Demōſtratum eſt nec populo nec privato cuipiam jus aliquod proprium in ipſum mare (nam diverticulum excepimus) competere poſſe, cū occupationem nec natura, nec uſus publici ratio permittat. Hujus autē rei cauſa inſtituta fuerat hæc diſputatio, ut appareret Luſitanos mare quo ad Indos navigatur ſui juris non feciſſe. Nam utraque ratio quæ proprietatem impedit, in hac cauſa eſt quam in cæteris omnibus infinito efficacior. Quod in aliis difficile videtur, in hac omnino fieri non poteſt: quod in aliis iniquum judicamus, in hac ſūme barbarum eſt, atque inhumanum. Non de mari interiore hic agimus, quod terris undique infuſum alicubi etiam fluminis latitudinem non excedit, de quo tamen ſatis conſtat locutos Romanos juris cōſultos, cū nobiles illa adverſus privatā avaritiā ſententias ediderunt:

g Add. lo Quæ ſint Regalia.

h

derunt: de Oceano quæritur, quem immenſum, infinitum, rerum parentem, cœlo conterminum antiquitas vocat: cujus perpetuo humore nō fontes tantum quod flumina & maria, ſed nubes, ſed ipſa quodammodo ſidera paſci veteres crediderunt: qui denique per reciprocas æſtuum vices terram hanc humani generis ſedem ambiens, neque teneri, neque includi poteſt, & poſſidet verius quam poſſidetur. In hoc autem Oceano non de ſinu aut freto, nec de omni quidem eo quod è littore conſpici poteſt, controverſia eſt. Vindicant ſibi Luſitani quicquid duos Orbes interjacet, tantis ſpatiis diſcretis, ut plurimis ſæculis famam ſui non potuerint tranſmittere. Quod ſi Caſtellanorum, qui in eadem ſunt cauſa, ſortio accedat, parvo minus omnis Oceanus duobus populis mancipatus eſt, aliis tot gentibus ad Septentrionū redactis anguſtias: multumque decepta eſt Natura, quæ cum Elementū illud omnibus circumfundit, omnibus etiã ſuffectum credidit. In tanto mari ſi quis ſibi promiſcuo ſolum ſibi imperium & ditionem exciperet, tamen immodicæ dominationis affectator haberetur: ſi quis piſcatu ar-

ceret alios, inſanæ cupiditatis notam non effugeret. At qui etiam navigatum impedit, quo nihil ipſi perit, de eo quid ſtatuemus? Si quis ab igni, qui totus ſuus eſt, ignem capere, lumē ſuo de lumine alterum prohiberet, lege hunc humanæ ſocietatis reum peragerem: quia vis ea eſt iſtius naturæ:

Ennius. *Vt nihilominus ipſi luceat, cum ill accenderit.*

Cic. de off. 1. Quid ni enim, quando ſine detrimento ſuo poteſt, alteri communicet, in iis quæ ſunt accipienti utilia danti non moleſta. Hæc ſunt qu Philoſophi non alienis tantum, ſe & ingratis præſtari volunt. Qua vero in rebus privatis invidia eſt eadem in re communi non poteſ non eſſe immanitas. Improbiſſim enim hoc eſt, quod naturæ inſtitu to, conſenſu gentium, meum no minus quam tuum eſt, id te ita intercipere, ut ne uſum quidem mi concedas, quo conceſſo nihilo minus id tuum ſit, quam antea fui Tum vero etiam qui alienis in cumbunt, aut communia interc piunt, certà quadam poſſeſſio ſe tuentur. Quia enim prima, dix mus, occupatio res propr as facit, idcirco imaginem quan dam dominii præfert, quamvis i

Sen. lib. 3. *cap.* 28.

juſt

juſta detentio. At Luſitani num ſicuti terras ſolemus, ſic mare illud impoſitis prædiis ita undique cinxerunt, ut in ipſorum manu eſſet, quos vellent excludere? An vero tantum hoc abeſt, ut ipſi etiam, cum adverſus alios populos mundum dividunt, non ullis limitibus aut natura, aut manu poſitis, ſed imaginaria quadam linea ſe tueantur? quod ſi recipitur & dimenſio talis ad poſſidendum valet, jamdudum nobis Geometræ terras, Aſtronomi etiam cœlum eriperent. Vbi hic igitur eſt iſta, ſine qua nulla dominia cœperunt, corporis ad corpus adjunctio? Nimirum apparet in nulla re verius dici poſſe, quod Doctores noſtri prodideruut, Mare cum ſit incomprehenſibile, non minus quam aër, nullius populi bonis potuiſſe applicari. Si vero ante alios navigaſſe, & viam quodammodo aperuiſſe, hoc vocant occupare, quid eſſe poteſt magis ridiculum? Nam cum nulla pars ſit maris, in quam non aliquis primus ingreſſus ſit, ſequetur omnem navigationem ab aliquo eſſe occupatam. Ita undique excludimus. Quin & illi, qui Terrarum orbem circumvecti ſunt, to- *Iohann Faber ad §. littorum*

D 5 tum

tum ſibi Oceanum acquiſiviſſe dicendi erunt. Sed nemo neſcit navem per mare tranſeuntem non plus juris, quam veſtigii relinquere. Verum etiam quod ſibi ſumunt neminem ante ipſos eum Oceanum navigaſſe, id minime verum eſt. Magna enim pars ejus de quo agitur maris, ambitu Mauritaniæ, jam olim navigata eſt: ulterior & in orientem vergens Victoriis Magni Alexandri luſtrata eſt, uſque in Arabicum ſinum. Olim autem hanc navigationem Gaditanis percognitam fuiſſe, multa argumento ſunt. Cajo Cæſare Auguſti filio in Arabico ſinu res gerente ſigna navium ex Hiſpanienſibus naufragiis agnita. Et quod Cælius Antipater tradidit, vidiſſe ſe qui ex Hiſpania in Æthiopiam commercii gratia navigaſſent: Etiam Arabibus, ſi verum eſt, quod Cornelius Nepos teſtatus eſt, Eudoxum quendam ſua ætate cum Lathyrum Regem Alexandriæ fugeret, Arabico ſinu egreſſum Gades uſque pervectum. Pœnos autem, qui re maritima plurimum valuerunt, eum Oceanum non ignoraſſe longe clariſſimum eſt, cum Hanno Carthaginis potentia florente circumvectus à Gadibus ad finem Arabiæ, præternavi-

Ex Plin. l.2.c 69. & l.6.c. 31. & Mela lib.3.

navigato ſcilicet promontorio quod nunc Bonæ Spei dicitur, (Vetus videtur nomen Heſperion ceras fuiſſe) omne id iter, ſitumque littoris & inſularum ſcripto complexus ſit, teſtatuſque ad ultimum non mare ſibi, ſed commeatum defuiſſe. Ab Arabico autem ſinu ad Indiam, Indicique Oceani inſulas, & auream uſque Cherſoneſum, quam eſſe Iapanem credunt plerique, etiam re Romanâ florente navigari ſolitum, iter à Plinio deſcriptum, legationes ab Indis ad Auguſtum, ad Claudium etiam ex Taprobane inſula, deinde geſta Trajani & tabulæ Ptolemæi ſatis oſtendunt. Jam ſuo tempore Strabo Alexandrinorum mercatorũ claſſem ex Arabico ſinu, ut Æthiopiæ ultima, ita & Indiæ petiiſſe teſtatur, cum olim paucis navibus id auderetur. Inde magna populo Romano vectigalia. Addit Plinius impoſitis ſagittariorum cohortibus piratarum metu navigatum: ſolamq; Indiam quingenties ſeſtertium, ſi Arabiam addas & Seres, millies annis omnibus Romano Imperio ademiſſe: & merces centuplicato venditas. Et hæc quidem vetera ſatis arguunt, primos non fuiſſe Luſitanos. In ſingulis autē ſui

L.6.c.23

L.2. & 17.

lo cit. & l.12.c.19.

partibus Oceanus ille & tum cum cum Luſitani ingreſſi ſunt, & nunquam non cognitus fuit. Mauri enim, Ætiopes, Arabes, Perſæ, Indi eam maris partem cujus ipſi accolæ ſunt, neſcire neutiquam potuerunt. Mentiuntur ergo, qui ſe mare illud inveniſſe jactant. Quid igitur? dicet aliquis: parumne videtur, quod Luſitani intermiſſam multis forte ſæculis navigationem primi repararunt, & , quod negari non poteſt, Europæis gentibus ignotam oſtenderunt, magno ſuo labore, ſumtu, periculo? Imo vero ſi in hoc incubuerunt, ut quod ſoli reperiſſent id omnibus monſtrarent, quis adeo eſt amens, qui non plurimum ſe illis debere profiteatur? Eandem enim gratiam, laudemque & gloriam immortalem illi promeruerint, qua omnes contenti fuerunt rerum magnarum inventores, quotquot ſcilicet non ſibi , ſed humano genere prodeſſe ſtuduerunt. Sin Luſitanis ſuos ante oculos quæſtus fuit; lucrum, quod ſemper maximũ eſt in præverten-dis negotiationibus, illis ſufficere debuit. Et ſcimus itinera prima proventus interdum quater decuplos, aut etiam uberiores dediſſe:

quibus

quibus factum ut inops diu populus ad repentinas divitias ſubito prorumperet, tanto luxus apparatu, quantus vix beatiſſimis gentibus in ſupremo progreſſæ diu fortunæ faſtigio fuit. Si vero eidem in hoc præiverunt, ne quiſquam ſequeretur, gartiam non merentur, cum lucrum ſuum reſpexerint, lucrum autem ſuum dicere non poſſunt, cum eripiant alienum. Neque enim illud certum eſt, niſi iviſſent eo Luſitani, iturum fuiſſe neminē. Adventabant enim tempora, quibus ut artes pene omnes, ita & terrarum & marium ſitus clarius indies noſcebantur. Excitaſſent vetera, quæ modo retulimus, exempla, & ſi non uno impetu omnia patuiſſent, at paulatim promota velis fuiſſent littora, alio ſemper aliud demonſtrante. Factum denique fuiſſet, quod fieri potuiſſe Luſitani docuerunt, cum multi eſſent populi non minus flagrantes mercaturæ & rerum externarum ſtudio. Venetis, qui multa jam Indiæ didicerant, cætera inquirere promtum fuit. Gallorū Brittonum indefeſſa ſedulitas, Anglorum audacia cœpto non defuiſſet. Ipſi Batavi multo magis deſperata aggreſſi ſunt. Nulla igitur æquitatis ratio,

nec probabilis quidem ulla ſente
tia à Luſitanis ſtat. Omnes eni
qui mare volunt *a* imperio alic
jus ſubiici poſſe, id ei attribuu
qui proximos portus & circumj
centia lĩttora in ditione habet. A
Luſitani in illo immenſo littoru
tractu paucis exceptis præſidiis n
hil habent quod ſuum poſſint dic
re. Deinde vero etiam qui Mari im
peraret, nihil *b* tamen poſſet ex u
communi deminuere, ſicut Popu
lus Romanus arcere neminem p
tuit, quo minus in littore Impe
Romani cuncta faceret, quæ jar
gentium permittebãtur. Et ſi quic
quam eorum prohibere poſſet, pu
ta piſcaturam qua dici quodammo
do poteſt piſces exhauriri, at navi
gationem non poſſet, per qua
mari nihil perit. Cui rei argume
tum eſt longe certiſſimum, quo
ex Doctorum ſententia ante retuli
mus, etiam in terra, quæ cum po
pulis, tum hominibus ſingulis i
proprietatem attributa eſt, iter ta
men, certe inerme & innoxium
nullius gentis hominibus juſte ne
gari: ſicut & potum ex flumine
Ratio apparet, quia cum unius re
naturaliter uſus eſſent diverſi, cu
duntaxat gentes diviſiſſe inter ſ
videntur, qui ſine proprietate com
mod

a Gloſſ. in c. ibi. peric. § porro. ſuper verbo territorio. De elect. in ſexto. & ibi Can. Gloſſ. in c licet. ff. de Feriis.

b L. nemo igitur ff. de rer. diviſ. Adde Alber. Gentilẽ de jure belli. lib 1 c 19 ſub finem.

mode haberi non poteſt. contra autem eum recepiſſe, per quem domini conditio deterior non eſſet futura. Omnes igitur vident, eum qui alterum navigare prohibeat nullo jure defendi, cum eundem etiam injuriarum teneri Vlpianus *c* dixerit: alii autem etiam in-
erdictum utile prohibito compe-
ere exiſtimaverint Et ſic Batavo-
um intenſio communi jure niti-
ur, cum fateantur omnes permiſ-
um cuilibet in mari navigare e-
iam à nullo Principe impetrata
centia: quod Legibus Hiſpanicis
iſerte expreſſum eſt,

c L. 2. §. ſi quis in mari. ff. Ne quid in loco publ. Gloſſ. ad L. 1. ut in flumine publ. Bal. in l. itē lapilli 3. col. ff. de rer. di. Rodericus Zuarius Hiſpanus in cōſilio 1. de uſu maris 3. partit. tit. 28. L. 10. & 12.

CAPUT VI.

are aut jus navigādi propriū nō eſſe uſitanorū titulo donationis Pōtificiæ.

DONATIO Pontificis Alexandri, quæ à Luſitanis mare aut
s navigandi ſolis ſibi vindicanti-
s, cum inventionis deficiat titu-
s, ſecundo loco adduci poteſt, ſa-
ex iis quæ ante dicta ſunt vani-
tis convincitur. Donatio enim
llum habet momentum in rebus
tra cōmerciū poſitis. Quare cum
are aut jus in eo navigādi propri
n nulli hominū eſſe poſit, ſequi-
r neque dari à Pōtifice, neque à
ſitanis accipi potuiſſe. Præ
ea cum ſupra relatum ſit ex o-
ium ſani judicii hominum ſen-

tentia, Papam non eſſe dominum temporalem totius orbis, ne Maris quidem eſſe ſatis intelligitur; quã quam etſi id concederetur, tamen jus annexum Pontificatui in Regem aliquem aut populum pro parte nulla transferri debuiſſet. Sicut nec Imperator poſſet Imperii provincias in ſuos uſus convertere, aut pro ſuo arbitrio alienare. Illud ſaltem nemo negaturus eſt, cui aliquid ſit frontis, cum jus diſponendi in temporalibus Pontifici nemo concedat, niſi forte quãtum ejus rerum ſpiritualium neceſſitas requirit, iſta autem de quibus nunc agimus, mare ſcilicet & jus navigandi, lucrum & quæſtum merum, non pietatis negotium reſpiciant, ſequi nullam hac in re fuiſſe illius poteſtatem. Quid, quod ne *Principes* quidem, hoc eſt domini temporales poſſunt ullo modo à navigatione aliquem prohibere, cum ſi quod habent jus in mari id ſit tantum juriſdictionis ac protectionis? Etiam illud notiſſimum eſt apud omnes, ad ea facienda, quæ cum lege Naturæ pugnant, nullam eſſe Papæ auctoritatẽ. Pugnat autẽ cũ lege Naturæ, ut mare aut ejus uſum quiſquã habeat ſibi propriũ, ut jã ſatis demõſtra-

Vict. loco cit. n. 26.

Silv. in verbo Papa. n. 16.

ſtravimus. Cum denique jus ſuum auferre alicui Papa minime poſſit, quæ erit facti iſtius defenſio, ſi tot populos immerētes, indamnatos, innoxios, ab eo jure, quod ad ipſos non minus quā ad Hiſpanos pertinebat uno verbo voluit excludere? Aut igitur dicendum eſt, nullā eſſe vim ejusmodi pronuntiatiōis, aut quod non minus credibile eſt, cum Pontificis animum fuiſſe, ut Caſtellanorum & Luſitanorum inter ſe certamini interceſſū voluerit, aliorum autem juri nihil diminutum.

CAPUT VII.

Mare aut jus navigandi proprium non eſſe Luſitanorum titulo præſcriptionis aut conſuetudinis.

VLTIMUM iniquitatis patrocinium in præſcriptione ſolet eſſe aut conſuetudine. Et huc igitur Luſitani ſe conferunt: ſed utrumque illis præſidium certiſſima juris ratio præcludit. Nam præſcriptio á Iure eſt civili, unde locū habere non poteſt inter Reges, aut inter populos liberos; multo autem minus ubi jus naturæ aut gentium reſiſtit, quod jure civili ſemper validius eſt. Quin & ipſa lex civilis præſcriptionem hic impedit. *Vaſq. c. 51.*

Vſu-

Vide Do. l.5. cōc. 22. & ſeq. L ſed Col ff. de contr. empt. L. uſucapio ff. de uſucap. L ſine ff eod. c. ſine poſſ. de Re. iur in. 6. L. alienatio ff. de ver. ſig. L. ſi fundum. ff de fũ. dotal L. præſcript C. de oper. pub. L. diligenter C. de Aqua ductu L. via ff. de via pub. l ul: ff. de uſucap.

Uſucapi enim, aut præſcriptio[ne] acquiri prohibentur, quæ in bon[is] eſſe non poſſunt, deinde quæ po[ſ]ſideri nequeunt, & quorum alienatio prohibita eſt. Hæc autem omnia de mari & uſu maris vere dicũtur. Et cum publicæ res hoc eſ[t] populi alicujus nulla temporis poſſeſſione quæri poſſe dicantur, ſive ob rei naturam, ſive ob eorum privilegiũ adverſus quos præſcripti[o] iſta procederet, quanto juſtius humano generi, quam uni populo i[n] beneficium dandum fuit in rebu[s] communibus? Et hoc eſt quod Papinianus ſcriptum reliquit, præſcriptionem longæ poſſeſſionis a[d] obtinenda loca juris gentium publica concedere non ſolere: ejuſque rei exemplum dat in littore, cujus pars impoſito ædificio occupata fuerat: nam eo diruto, & alterius ædificio in eodem loco poſtea exſtructo, exceptionem opponi nõ poſſe: quod deinde ſimilitudine rei publicæ illuſtrat: nam & ſi quis in fluminis diverticulo pluribus annis piſcatus ſit, poſtea, interrupta ſcilicet piſcatione, alterum eodem jure prohibere non poſſe. Apparet igitur, Angelum *a* & qui cũ Angelo dixerũt Venetis & Ianuẽſibus per præſcriptionẽ jus aliꝙ in

ſinum

a Conſ. 80.

ſinum maris ſuo littori præjacentem acquiri potuiſſe, aut falli, aut fallere quod ſane Iuriſconſultis nimium eſt frequens, cum ſanctæ profeſſionis auctoritatem, non ad rationes & leges, ſed ad gratiam conferunt potentiorum. Nā Martiani quidem reſponſum, de quo & ante egimus, ſi recte cum Papiniani *b* verbis comparetur, non aliam accipere poteſt interpretationem, quam eam quæ & Johanni olim & Bartolo probata eſt, & nunc à doctis *c* omnibus recipitur: ut ſcilicet jus prohibendi procedat quamdiu durat occupatio: non autem ſi ea omiſſa ſit: omiſſa enim non prodeſt, nec ſi per mille annos fuiſſet continuata, ut recte animadvertit Caſtrenſis. Et quamvis hoc voluiſſet Martianus, quod minime credendus eſt cogitaſſe, in quo loco occupatio conceditur, in eodem præſcriptionem concedi, tamen abſurdum erat quod de flumine publico dictum erat ad Mare commune. & quod de diverticulo ad ſinum proferre, cum hæc præſcriptio uſum quæ eſt Iuregentium communis, impeditura ſit, illa autem publico uſui non admodum noceat. Alterum autem Angeli argumentum quod ex aquæ ductu

Thema tale eſt: inter cætera capitula pa.

b *l ſi quiſquā. ff. de diverſ. & temp præſcript*

c *Duar. de uſuca. c. 3. Cujac. ad d. l. ult. de uſuc. Donell. Com. l 5 c. 22. in d. ultima n. 4. per l. quod in littore. ff. de acq. rer. dom.*

d ſu-

d ſumitur, eodē Caſtrenſi; mōſtra-
te, ut à quæſtione alieniſſimum,
omnibus merito exploditur. Fal-
ſum igitur eſt talem præſcripti-
onem etiam eo tempore gigni, c-
jus initium omnem memoriam
excedat. Vbi enim lex omnem o-
mnino tollit præſcriptionem, ne i-
ſtud quidem tempus admittitu-
hoc eſt, ut Felinus *e* loquitur, ma-
teria impræſcriptibilis tempo-
immemorali non fit præſcriptib-
lis. Fatetur hæc vera eſſe Balbus: ſe-
Angeli ſententiam receptam dic-
a hac ratione, quia tempus ext-
memoriam poſitum idem vale-
creditur privilegio, cum titulu-
ampliſſimus ex tali tempore præ-
ſumatur. Apparet hinc non aliu-
illos ſenſiſſe, quam ſi pars aliqu-
reipublicæ, puta Imperii Roman-
ſupra omnē memoriā uſa eſſet ta-
jure, ei dandam præſcriptionē ho-
colore, quaſi Principis conceſſi-
præiſſet. Quare cum nemo ſit do-
minus totius generis humani, qu-
jus illud adverſus homines o-
nines homini aut populo alicui p-
tuiſſet concedere, ſublato illo colo-
re, neceſſe eſt etiam præſcription-
interimi. Et ſic ex illorum etiam
ſententia inter Reges aut populos
liberos prodeſſe nihil poteſt lapſu-
inſi-

d Ex *l uſū aqua* C. *de Aquæd.* *l* 11. Con*fer cum l. diligē-ter. eod. tit.* & *cum l hoc jure.* § *ductus aquæ.ff de aqua quo.* & *aſt.*
e *ad c. accedentes. de præſcript.* D*e raſ.* a4. *par* s. *ppart. prin. q.* 6. *nū.* 6.

ſ finiti temporis. Variſſimū autē illud eſt quod Angelus docuit, tiamſi ad dominium præſcriptio roficere non poteſt, tamen dan am eſſe poſſidenti exceptionem. Iam Papinianus *b* diſertis verbis xceptionem negat: & aliter non otuit ſentire, cum ipſius ſæculo ræſcriptio nihil eſſet aliud quam xceprio. Verum igitur eſt quod leges Hiſpanicæ *c* exprimunt in is rebus, quæ communi hominū ſui ſunt attributæ, nullius omnio temporis præſcriptionem procedere (Cujus definitionis illa præ- r cæteras ratio reddi poteſt, quod ui re communi utitur, ut cōmuni ti videtur, non autem jure pro rio; & ita præſcribere non magis uam fructuarius poteſt vitio poſſionis. Altera *d* hæc etiam on contemnenda eſt, quod in ræſcriptione temporis cujus meoria non extat, quamvis titus & bona fides præſumantur, tamen ſi reipſa appareat, titulum mnino nullum dari poſſe, & ſic anifeſta ſit fides mala, quæ in poulo maxime quaſi uno corpore rpetua eſſe cenſetur, & ex dupli defectu præſcriptio corruit. Tera *e* vero, quia res hæc eſt meræ cultatis, quæ non præſcribitur, ut infra

b *d. l. ult*

c *Par 3. ti 20. l. 7. inc. Placa. Ro Zuarius. d conſ. n. 4.*

d *Fachin lib. 8. c. 26. & c. 33. Dov. de præſcr. par. 2. § 2 n. 8. & §. 8 n. 5. & 6.*

e *Fachi. l 8. c 28.*

infra demonſtrabimus. Sed nullus eſt finis argutiarum. Inventi ſunt qui in hoc argumento à præſcriptione conſuetudinem diſtinguerent, ut illa ſcilicet excluſi, ad hanc confugerent. Diſcrimen autem quod hic ſtatuunt *f* ſane ridiculum eſt: Ex præſcriptione ajunt jus unius quod ab eo aufertur alteri applicari: ſed cum aliquod jus ita alicui applicatur ut alteri non auferatur, tum dici conſuetudinem: quaſi vero cum jus navigãdi quod communiter ad omnes pertinet, excluſis aliis ab uno uſurpatur, non neceſſe ſit omnibus perire quantum uni accedit. Errori huic anſam dederunt Pauli verba non recte accepta, qui cum de jure proprio maris ad aliquem pertinent loqueretur, fieri hoc poſſe dixit Accurſius *g* per privilegium aut conſuetudinẽ: quod additamentum ad Iuriſconſulti textum nullo modo accedens mali potius conjectoris eſſe videtur quam boni interpretis. Mens Pauli ſupra explicata eſt. Cæterum illi ſi vel ſola Vlpiani *a* verba, quę paulo ante præcedunt, conſideraſſent, longe aliud dicturi erant. Fatetur enim *b*, ut quis ante ædes meas piſcari prohibeatur eſſe quidẽ uſurpatum: hoc eſt receptũ conſuetudi-

f *Aret. in rubr. ff. de rer. diviſ. alleg. Bal. d. loc. n. 2 Vid Vaſq. con. ill. c. 29. n. 28.*

g *ad d. l. ſane.*

a *in d. l. injuriarum* §. *ult.*

b *Vide Gl. eod. loco.*

uetudine: ſed nullo jure: ideoque njuriarum actionem prohibito on denegandam. Contemnit igiur hunc morem, & uſurpationem ocat, ut & inter Chriſtianos Dotores Ambroſius. Et merito. Quid nim clarius quam non *c* valere cōuetudinem, quæ juri naturæ, aut entium ex adverſo opponitur? onſuetudo enim *d* ſpecies eſt jus poſitivi, quod legi perpetuæ brogare non poteſt. Eſt autem x illa perpetua ut Mare omnibus u commune ſit. Quod autem in æſcriptione diximus, idem in onſuetudine verum eſt, ſi quis eom qui diverſum tradiderunt, ſens excutiat, non aliud reperturū, iam conſuetudinem privilegio rari. Atqui adverſus genus huanum concedendi privilegium mo habet poteſtatem: quare in diverſas reſpublicas conſuetu iſta vim non habet. Verum omm hanc quæſtionem diligentiſe tractavit Vaſquius, decus ill Hiſpaniæ, cujus nec in explondo jure ſubtilitatem, nec in dondo libertatē unquā deſideres. gitur, poſita Theſi, *e* loca publi- & jure gentium communia eſcribi non poſſe, quam mulfirmat auctoribus: exceptiones

c 1. *de off* 28. *Genti. l.* 1. *c* 19. *ſub finē.*

d *auth. ut nulli judi.* §. 1. *c. cum tanto de conſuet.*

e *Controv. ill. c.* 89 *n.* 12. *& ſeq.*

nes deinde ſubjungit ab Angelo & aliis confictas, quas ſupra retulimus. Hæc autem examinaturus recte judicat iſtarum rerum veritatem pendere à vera juris tam naturæ quam gentium cognitione. Jus enim naturæ cum a divina veniat providentia, eſſe immutabile. Hujus autem juris naturalis partem eſſe jus gentium, primævum quod dicitur, diverſum à jure gentium ſecundario ſive poſitivo: quorum poſterius mutari poteſt. Nam ſiqui mores cum jure gentium primævo repugnent, hi non humani ſunt, ipſo judice, ſed FERINI, corruptelæ & abuſus, non leges & uſus. Itaque nullo tempore præſcribi potuerunt, nulla latâ lege juſtificari, nullo multarum etiam gentium conſenſu, hoſpitio, & exercitatione ſtabiliri, quod exemplis aliquot, & Alphonſi Caſtrenſis Theologi Hiſpani *f* teſtimonio confirmat. *Ex quibus apparet*, inquit *quam ſuſpecta ſit ſententia eorum, quos ſupra retulimus, exiſtimantium, Genuenſes, aut etiam Venetos poſſe non injuria prohibere alios navigare per Gulfum aut pelagus ſui maris, quaſi æquora ipſa præſcripſerint, id quod non ſolum eſt contra leges:* g *ſed etiam eſt contra ipſum jus natur*

f *de poteſt legis pœnalis. l. 2. c. 14. p. 572.*

g *all L. quod in littore. ff. de acq. re dom l fin. in princ. ff. de uſucap.*

naturæ aut gentium primævum, quod mutari non poſſe diximus. Quod ſit contra illud jus, conſtat. quia non ſolū maria aut æquora eo jure cōmunia erant, ſed etiā reliquæ omnes res immobiles. Et licet ab eo jure poſtea receſſū fuerit ex parte, puta quoad dominiū & proprietatem terrarū. quarum dominium jure Naturæ commune, diſtinctum & diviſum, ſicq; ab illa cōmunione ſegregatū fuit: tamen diverſum fuit & eſt in dominio à maris, quod ab origine Mundi, ad hodiernum uſque diem eſt, fuitque ſemper in communi, nulla ex parte immutatum, ut eſt notū. Et quāvis ex LUSITANIS magnam turbā ſæpe audiverim in hac eſſe opinione, ut eorum Rex ita præſcripſerit navigationem INDICI occidentalis (forte Orientalis) ejuſdemq; VASTISSIMI MARIS, ita ut reliquis gentibus æquora illa trāsfretare non liceat, & ex noſtriſmet HISPANIS VULGUS in eadem opinione fere eſſe videtur, ut per VASTISSIMUM IMMENSUMQUE PONTUM ad Indorū regiones, quas potentiſſimi Reges noſtri ſubegerūt, reliquis mortaliū navigare, præterquam Hiſpanis jus minime ſit, quaſi ab eis id præſcriptū fuerit, tamē iſtorum omniū nō minus INSANÆ ſūt opiniones, quā eorū qui quoad Genuēſes &

E Vene-

§. ſin. vina verbo omnibus. Inſt. de rer. diviſ. l. ſi quiſq. ff. de div. & temp. præſ. l. ſane ſi mar. ff. de iniu. à all. l. ex hoc iure. ff. de inſt. & jur. § ius gēti. & §. ius autem gent. Inſt. de Iure natur.

Venetos in eodẽ fere DOMNIO *eſſe ad*
ſolent, quas ſententias INEPTIRE *vel ex eo dilucidius apparet, quod iſtarũ nationũ ſingula contra ſeipſas nequeũt præſcribere: hoc eſt, non reſpublica Venetiarum contra ſemetipſam, non reſpublica Genuenſium contra ſemet ipſam, non Regnũ Hiſpanicum cõtra ſemetipſum, non Regnũ Luſitanicũ contra ſemetipſum. Eſſe enim debet differentia* b *inter agentem & patientem. Contra reliquas vero nationes longè minus præſcribere poſſunt, quia jus præſcriptionum eſt mere civile, ut fuſe oſtendimus ſupra. Ergo tale jus ceſſat cum agitur inter Principes vel populos, ſuperiorẽ non recognoſcentes in temporalibus. Iura enim mere civilia cujuſcunque regionis, quoad exteros populos, nationes, vel etiam homines ſingulos, nõ magis ſunt in conſideratione, quã ſi re vera eſſet tale jus, aut nunquã fuiſſet: & ad jus cõmune gẽtiũ primævũ vel ſecundariũ recurrẽdũ eſt, eoq; utendum, quo jure talem maris præſcriptionem & uſurpationẽ admiſſam nõ fuiſſe ſatis conſtat. Facit huc, quod & hodie uſus aquarũ communis eſt, nõ ſecus quã erat ab origine Mũdi. Ergo & in æquoribus & aquis nulliũ jus eſt aut eſſe poteſt humano generi, præterquã quoad uſum cõmunẽ. Præterea de jure naturali & divino eſt illud præceptum, ut quod tibi no*

leg A l. … uitur. §. ſi viã. ff. de uſucap §. ſi iſtaq; inſ. de act. Vt dictis iurib & l. cum filio ubi multa per Bartol. & Iaſ. ff de legat. 1. Part 1. in pr. q. 8 3. & 4

vis fieri, alteri non facias Vnde cum navigatio nemini poſſit eſſe nociva, niſi ipſi naviganti, par eſt, ut neminẽ poſſit aut debeat impediri, ne in re ſua natura libera, ſibiq. minime noxia navigantiũ libertatẽ impediat, & lædat cõtra dictũ præceptũ & cõtra regulã, præſertim cũ omnia intelligãtur eſſe c permiſſa . quæ nõ reperiũtur expreſſim prohibita. Quinimo non ſolum cõtra jus naturale eſſet, velle impedire talẽ navigationẽ, ſed etiã tenemur contrarium facere, hoc eſt, prodeſſe iis quibus poſſumus, cũ id ſine dãno noſtro fieri poteſt. Quod cũ multis auctoritatibus tã divinis quã humanis cõfirmaſſet, ſubjungit poſtea: *Ex ſuperioribus etiam apparet ſuſpectã eſſe ſententiã Iohannis Fabri, Angeli, Baldi. & Frãciſci* Balbi, *quos ſupra retulimus, exiſtimantium loca juris gẽtium cõmunia, & ſi acquiri non poſſint præſcriptione, poſſe tamẽ acquiri cõſuetudine, quod omnino* FALSUM *eſt, eaque traditio* COECA & NUBILA *eſt*, OMNIQUE RATIONIS LUMINE CARENS, *legemque a verbis non rebus, imponens In exemplis enim de Mari Hiſpanorum*, LUSITANORUM, *Venetorum, Genuenſium, & reliquorum, conſtat, conſuetudine jus tale navigandi & alios navigare pro*hibendi

e L. libertas ff de ſtatu hõ. §. libertas. Inſt. de Iure perſ. l 1 & 2. ff. de homine l. exh. l. 1. § quæ onerãdæ. ff Quar. rer act. n. d. l ſi- Quãdo. §. ill. verb. aſtringendos. C. de inoffic. teſt. L. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cauſ. ma. l. ſuper. ſtatuas. C. de religioſis.

a Circa t 2. cum vulgatis C comm d. de leg.

hibendi , non magis quam præſcriptione. Vtroque enim caſu , ut apparet, eadem b *eſt ratio. Et quia per jura & rationes ſupra relatas id eſſet contra naturalem æquitatem, nec ullam induceret utilitatem , ſed ſolam læſionem , ſicque ut lege expreſſa introduci* c *non poſſet, ita etiam nec lege tacita, qualis eſt conſuetudo Et tempore id non juſtificaretur, ſed potius deterius & injurioſius indies fieret.* Oſtendit deinde ex prima terrarum occupatione poſſe populo ut venandi jus, ita piſcandi in ſuo flumine competere, & poſtquam illa ſemel ab antiqua communione ſeparata ſunt, ita ut particularem applicationem admittant , præſcriptione temporis ejus, cujus initii memoria non extet, quaſi tacita populi conceſſione acquiri poſſe. Hoc autem per præſcriptionem contingere, non per conſuetudinem, quia ſolius acquirentis conditio melior fiat, reliquorum deterior. Et cum tria enumeraſſet quæ requiruntur, ut jus proprium in flumine piſcandi præſcribatur: *Quid autem,* ſubdit, *quo ad mare? Et in eo magis eſt quod etiam concurſus iſtorũ triũ non ſufficeret ob acquirendũ jus. Ratio differentiæ inter mare ex una parte, & terram & flumina ex altera, quia*

b) *illud ff. ad l. Aquil.* c *c. Erit autem lex 4. diſt. l 1. & 2. ff. de legib. L de quib, cũ ſeq. ff. de leg. c. fin. de præſc.*

quia illo caſu ut olim ita & hodie, & ſemper, tam quoad piſcandum quam quoad navigandum manſit integrum jus gentium primævum, neque unquam fuit à communione hominum ſeparatum, & alicui, vel aliquibus applicatum. Poſteriore autem caſu, nempe in terra vel fluminibus, aliud fuit, ut jam differuimus. Sed quare jus gentium ſecundarium, ut eam ſeparationem quoad terras & flumina facit, quoad mare facere deſiit? reſpondeo, quia illa cauſa expediebat. Conſtat enim quod ſi multi venentur, aut piſcentur in terra vel flumine facile nemus feris, & flumen piſcibus evacuatum redditur, id quod in mari non eſt. Item fluminum navigatio facile deterior fit & impeditur per ædificia, quod in mari non eſt. Item per aquaductus facile evacuatur flumen: non ita in mari; ergo in utroque non eſt par ratio. Nec ad rem pertinet, quod ſupra diximus, communem eſſe uſum aquarum, fontium etiam & fluminum. Nam intelligitur quo ad bibendum & ſimilia, quæ fluminis dominium aut jus habenti vel minime vel leviſſime nocent. Minima enim in conſideratione non ſunt. Pro noſtris ſententiis facit, quia iniqua nullo tempore præſcribũtur, & ideo lex iniqua nullo tẽpore præſcribitur aut

per. tot. ff. ne quid in flum. pub.

l. Scio ff. de minor. Vaſq. l. 1. de ſuc. reſ. c. 7.

 juſtiſ-

all. Balbũ de præſcr 5. q. pr. in q 11. illius 5. quæſti pr. Gl. in c. inter cætera 16 q. 3. Alphonſ. de Caſt. de poteſt. leg pœn. l. 2. cap. 14. Bal. in fin & ib. Anm omnes C. de præſ. 30. ann. & c. ad loco n 38.

juſtificatur Mox: Et quæ ſũt impræſcr[iptibilia] legis diſpoſitione nec per mil[le] annos præſcriberẽtur: ꝙ innumer[is] doctorum teſtimoniis fulcit. Ne[mo] mo jam non videt ad uſum rei cõ[m]munis intercipiendum nullã qua[n]tivis temporis uſurpationem pr[o]deſſe. Cui adjungendum eſt etiam [quod] eorum qui diſſentiunt auctoritat[es] huic quæſtioni non poſſe accom[]modari. Illi enim de Mediterr[a]neo loquuntur, nos de Oceano; il[li] de ſinu, nos de immenſo mari, qu[æ] in ratione occupationis plurimu[m] differunt. Ex quibus illi indulge[nt] præſcriptionem, illi littora ma[ris] continua poſſident, ut Veneti & I[a]nuenſes, quod de Luſitanis dici n[on] poſſe modo patuit. Imo & ſi pr[o]deſſe poſſet tempus ut quidam po[ſ]ſe putant in publicis quæ ſunt p[o]puli; tamen non ea adſunt quæ n[e]ceſſario requiruntur. Primum [e]nim docent omnes desiderari, [ut] is qui præſcribit hujuſmodi actum eum exercuerit nõ longo duntax[at] tempore, ſed memoriã excedent[e]; deinde ut tanto tempore eunde[m] actum nemo alius exercuerit, ni[ſi] conceſſione illius, vel clandeſt[i]ne: præterea ut alios uti volen[]tes prohibuerit, ſcientibu[s] quidem

quidem & patientibus iis ad quos ea res pertinebat: nam etſi exercuiſſet ſemper & quoſdam exercere volentes prohibuiſſet ſemper, non tamen omnes, quia alii fuerũt prohibiti, alii vero libere exercuerunt, id quidem non ſufficeret, ex Doctorum ſententia. Apparet autem debere hæc omnia concurrere, tum quia præſcriptioni publicarum rerum lex inimica eſt, tum ut videatur præſcribens jure ſuo nõ autem communi uſus, idque non interrupta poſſeſſione. Cum autem tẽpus poſtulatur, cujus initii non exſtet memoria, non ſemper ſufficit, ut optimi interpretes oſtendunt, probare ſæculi lapſum: ſed conſtare oportet famam rei â majoribus ad nos tranſmiſſam, ita ut nemo ſuperſit, qui cõtrarium viderit, aut audierit. Occaſione rerum Africanarum in ulteriora primum Oceani inquirere cœperunt regnante Iohanne Luſitani, anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo: viginti pòſt annis, ſub Rege Emanuele promõtorium Bonæ ſpei prætemavigatũ eſt, ſeriuſque multo ventum Malaccam, & inſulas remotiores, ad quas Batavi navigare cœperunt anno milleſimo quin-

gentesimo nonagesimo quinto, n
dubie intra annum centesimum
Jam vero etiam eo quod interce
ſit tem, ore aliorum uſurpatio, ad
verſus alios etiam omnes impe
divit præſcriptionem. Caſtellan
ab anno milleſimo quingenteſim
decimo nono poſſeſſionem Luſi
tanis maris circa Moluccas ambi
guam fecere. Galli etiam & An
gli non clanculum, ſed vi apert
eo perruperunt. Præterea accol
totius tractus Africani aut Aſiatic
partem maris quiſque ſibi proximam piſcando & navigando perpetuo uſurparunt, nunquam à Luſitanis prohibiti. Concluſum igitur ſit, jus nullum eſſe Luſitanis quo aliam quamvis gentem à navigatiome Oceani ad Indos prohibeant.

CAPVT VIII.

Iure gentium inter quoſvis liberam eſſe mercaturam.

QVOD ſi dicant Luſitani, cum Indis commercia exercendi jus quoddam proprium ad ſe pertinere, eiſdem fere omnibus argumentis refellentur. Repetemus breviter & aptabimus. Iure Gentium hoc introductũ eſt, ut cunctis hominibus inter ſe libera eſſet nego-

negotiandi facultas, quæ à nemine poſſet adimi. Et hoc, ſicut poſt dominiorum diſtinctionem continuo neceſſarium fuit, ita originem videri poteſt antiquiorem habuiſſe. Subtiliter enim Ariſtoteles μεταβλητικὴν dixit ἀναπλήρωσιν τῆς κατὰ φύσιν αὐταρκείας hoc eſt, negotiatione ſuppleri id quod naturæ deeſt, quo commode omnibus ſufficiat. Oportet igitur communem eſſe jure gentium, non tantum privative, ſed & poſitive, ut dicunt magiſtri, ſive affirmative Quæ autem illo modo ſunt juris gentium, mutari poſſunt: quæ hoc modo, nõ poſſunt. Id ita intelligi poteſt Dederat natura omnia omnibus. Sed cum à rerum multarum uſu, quas vita deſiderat humana, locorum intervallo homines arcerentur, quia, ut ſupra diximus, non omnia ubique proveniunt, opus fuit trajectione: nec adhuc tamen permutatio erat, ſed aliis viciſſim rebus apud alios repertis ſuo arbitrio utebantur: quo fere modo apud Seres licitur rebus in ſolicitudine relictis ſola mutantium religione peragi commercium. Sed cum ſtatim res nobiles monſtrante neceſſitate quæ modo explicata eſt, in jus proprium tranſiiſſent, inventa eſt per-

Vide q. 1. L. ex hoc jure. ff. de juſt. et jure. & ib Bart. l. 1. de republ. c. 9.

Vid. Cov. in c peccatũ. §. 8.

mutatio, qua quod alteri deeſt e:
eo quod a teri ſupereſt ſupplere
tur. Ita commercia victus grati
inventa ex Homero Plinius pro
bat. Poſtquam vero res etiam im
mobiles in dominos diſtingui cœ
perunt, ſublata undique commu
nio non inter homines locorun
ſpatiis diſcretos tantum, verum e
tiam inter vicinos neceſſarium fe
cit commercium: quod ut faciliu
procederet, nummus poſtea adin
ventus eſt, dictus ἀπὸ τοῦ νόμου
quod inſtitutum ſit civile. Ipſ
igitur ratio omnium contractuun
nniverſalis ἡ μεταβλητικὴ, à natu
ra eſt,. modi autem aliquot ſingu
lares ipſumque pretium ἡ χρημα
τιστικὴ, ab inſtituto: quæ ve
tuſtiores juris interpretes nō ſatis
diſtinxerũt. Fatentur tamē omnes
proprietati rerũ, ſaltē mobilium à
Iure gentiũ primario prodire, itē
que cōtractus omnes quibus preti
nō accedit, Philoſophia τῆς μετα-
βλητικῆς, quam tranſlationē ver-
tere licebit, genera ſtatuunt duo
τὴν ἐμπορικὴν καὶ τὴν καπηλικὴν.
Quarum ἐμπορικὴ quæ, eſt u
vox ipſa indicat inter gentes diſ-
ſitas, ordine naturæ prior eſt, &
ſic à Platone *b* ponitur. Καπη-
λικὴ eadem videtur eſſe quæ

Pompon. Mel. l. 3. c. 5. l. 1. ff. de contrah. emt. l. 33. c. 1. d. l. 1. Ariſtot. l. 5. d. Morib. c. 8. & l. 1. de Rep. c. 9. G. jus naturale di. 1. Ariſt. d. c. 9. Caſtr. ex Cyno & aliis. in d. L. ex hoc jure n. 20 & n. 28 a Plato Sophiſta b Plato l. 2. de Rep. 2. qui lo cus cita- tur in L. 2. ff. de nundinis

παραστάσις Ariſtoteli, c tabernaria ſive ſtataria negotiatio inter cives. Idē Ariſtoteles τὴν ἐμπορικὴν dividit in ναυκληρίαν & φορτηγίαν, quarū hæc terreſtri itinere, illa maritimè merces devehit, Sordidior d autē eſt καπηλικὴ, cōtra honeſtior ἐμπορικὴ, & maritima maxime quia multa multis impertit. Vnde naviū exercitationem ad ſummā rempublicā pertinere dicit Vlpianus: inſtitorū nō eundē eſſe uſum: quia illa omnino ſecūdū naturam neceſſaria eſt. Ariſtoteles: ἔστι γὰρ ἡ μεταβλητικὴ πάντων ἀρξαμένη τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, τῷ τὰ μὲν πλείω, τὰ δὲ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους. *Eſt enim tranſlatio rerū omniū cœpta ab initio, ab eo quod eſt ſecundum naturam, cum homines partim haberent plura, quam ſufficerent, partim etiam pauciora.* Seneca. f *qua emeris vendere gentium jus eſt.* Commercandi igitur libertas ex jure eſt primario gentiū, quod naturalē & perpetuā cauſā habet, ideoque tolli nō poteſt; & ſi poſſet, non tamen poſſet niſi omnium gentiū conſēſu: tan-

Ariſt l. 1. de repub. c.11.

d*Cicero offic 1. Ariſt: l. 1. de rep. c.9.*

ed. loco.

f *de bene. c.8.*

tum abeſt ut ullo modo gens aliqua gentes duas inter ſe contrahere volentes juſte impediat.

CAPUT IX.

Mercaturam cum Indis propriam non eſſe Luſitanorum titulo occupationis.

PRIMUM inventio aut occupatio hic locum non habet, quia jus mercandi non eſt aliquid corporale, quod poſſit apprehendi: neque prodeſſet Luſitanis etiamſi primi hominum cum Indis habuiſſent commercia, quod tamen non poteſt non eſſe falſiſſimum. Nam & cum initio populi in diverſa iêre, aliquos neceſſe eſt primos fuiſſe mercatores, quos tamen jus nullum acquiſiſſe certo eſt certius. Quare ſi Luſitanis jus aliquod cō-petit, ut ſoli cum Indis negotientur, id exemplo cæterarū ſervitutum, ex conceſſione oriri debuit aut expreſſa aut tacita, hoc eſt præſcriptione: neque aliter poteſt.

Vide argumēta, c 2. & c. 5.

CAPUT X.

Mercaturam cum Indis propriam non eſſe Luſitanorum titulo donationis Pontificiæ.

CONCESSIT nemo: niſi forte Pon-

Pontifex, qui non potuit. Nemo enim, quod ſuũ non eſt, concedere poteſt. At Pontifex, niſi totius Mundi temporalis ſit Dominus, quod negant ſapientes, jus etiam commerciorum univerſale ſui juris dicere non poteſt Maxime vero cum res ſit ad ſolum quæſtum accommodata, nihilque ad ſpiritualem procurationem pertinens, extra quam ceſſat, ut fatentur omnes, Pōtificia poteſtas. Præterea ſi Pontifex ſolis illud Luſitanis jus tribuere vellet idemque adimire hominibus cæteris, duplicem faceret injuriam: Primũ Indis, quos ut extra Eccleſiam poſitos Pontifici nulla ex parte ſubditos eſſe diximus. His igitur cum nihil quod ipſorum eſt adimere poſſit Pontifex, etiam jus illud quod habent cum quibuſlibet negotiandi adimire non potuit. Deinde aliis hominibus Chriſtianis & non Chriſtianis, quibus idem illud jus adimire non potuit ſine cauſa indicta. Quid quodne temporales quidem Domini in ſuis imperiis prohibere poſſunt commerciorũ libertatem, ut rationibus & auctoritatibus ante demonſtrarum eſt? Sicut & illud confitendum eſt, contra jus perpetuum naturæ gentiumque,

Vide arg. c. 3. & c. 6.

unde iſta libertas originem ſumſit in omne tempus duratura, nullam valere Pontificis auctoritatem.

CAPVT XI.

Mercaturam cum Indis non eſſe Luſitanorum propriam jure præſcriptionis aut conſuetudinis.

Vide argumenta c.7.

RESTAT præſcriptio, ſeu conſuetudinem mavis dicere. Sed nec hujus nec illius vim eſſe aliquam inter liberas nationes, aut diverſarum gentium Principes, nec adverſus ea, quę primigenio jure introducta ſunt, cum Vaſquio oſtendimus. Quare & hic ut jus mercandi proprium fiat, quod proprietatis naturam non recipit, nullo tempore efficitur. Itaque nec titulus hic adfuiſſe poteſt, nec bona fides, quæ cum manifeſto deſinit, præſcriptio ſecundum Canones non jus dicetur, ſed injuria. Quin & ipſa mercandi quaſi poſſeſſio non ex jure proprio contigiſſe videtur, ſed ex jure communi, quod ad omnes æqualiter pertinet: ſicut cōtra, quod aliæ nationes cū Indis contrahere forte neglexerunt, id non Luſitanorū gratia feciſſe exiſtimādi ſunt, ſed quia ſibi expedire crediderunt

quo

quod nihil obſtat quo minus, ubi ſuaſerit utilitas, id facere poſſint, quæ antea nō fecerint. Certiſſima enim illa regula à doctoribus *a* traditur in his quæ ſunt arbitrii ſeu meræ facultatis, ita ut per ſe actum tantū facultatis ejus, non autem jus novum operentur, nec præſcriptionis nec conſuetudinis titulo annos etiā mille valituros: quod & affirmativè & negativè procedit, ut docet *b* Vaſquius. Nec enim quod libere feci facere cogor, nec quod non feci omittere. Alioquin quid eſſet abſurdius quam ex eo quod ſinguli non poſſumus cum ſingulis ſemper contrahere, ſalvum nobis in poſterum non eſſe jus cum illis, uſus ſi tulerit, contrahendi? Idē Vaſquius *c* & illud rectiſſime, ne infinito quidem tempore effici, ut quid neceſſitate potius, quam ſpōte factum videatur. Probanda itaque Luſitanis foret coactio, quæ tamen ipſa cum hac iure juri naturæ ſit contraria, & omni hominum generi noxia, jus facere *d* non poteſt. Deinde illa coactio duraſſe debuit per tempus, cujus initii non extet memoria: id vero tantū hīc abeſt, ut ne cētū quidē anni extiterint, ex quo tota fere negotiatio

Indica

a *Gloſ. & Bart. in l. viam. publ. ff de via publ. Balb in 4. par. 5 pa. princ. q. 1. Panor. in c. ex par. Aſtenſ. de conceſſ. preben. Doct. in l. qui jure familiari ff. de acq. poſſ. & alleg. per Covar. in c. poſſe. parte 2. §. 4. in 6. contr. uſ. freq. c. 4. n. 10. & 12.*

b *d. n. 12.* [sic: *cd. n. 12*]

d *Vaſq. de loco n. 11.*

e *Gnitt. l. 19.*

Indica penes Venetos *e* fuit, pe[illegible] Alexandrias trajectiones. Debu[illegible] etiam talis eſſe coactio, cui reſtit[illegible] non ſit. Atteſtiterunt Galli, *f* &[illegible] Angli, aliique. Neque ſuffic[illegible] aliquos eſſe coactos, ſed ut omne[illegible] coacti ſint requiritur, cum per un[illegible] non coactum ſervetur in cauſa cō[illegible] muni libertatis poſſeſſio. Arabe[illegible] autem & Sinenſes à ſæculis ali- quot ad hunc uſque diem perpe- tuo cum Indis negotiantur. Nihi[illegible] prodeſt iſta uſurpatio.

e Victor. Vide ſ. c. 7. ſub fi- nem.

f Vaſq. cō. illuſtr c. 10. n. 10. Vict. p. 1. de Indis. rel. 1 n 3. l. fin autē. §. pen. de rei vind. l. nullus videtur. de Reg. iuris. l. illud cō- ſtat. Quæ in fr. cre- dit. l flu- minū. §. ult de dā- no infe- cto. l. g. nemo dānum. de reg. iur Bar. in lib. 1. n. 5 ff. de flū. Caſt. in leg. ſi ubi. C. de ſervit. l. §. de-

CAPUT XII.

Nulla æquitate niti Luſitanos [illegible] prohibendo commercio.

EX his quæ dicta ſunt ſatis per- ſpicitur eorum cæca aviditas, qui, ne quenquam in partem luc[illegible] admittant, illis rationibus conſci- entiā ſuā placere ſtudent, quas ip[illegible] magiſtri *g* Hiſpanorum qui in ea- dem ſunt cauſa manifeſtæ vanitati[illegible] convincunt: Omnes enim qui i[illegible] rebus Indicis uſurpantur colore[illegible] injuſte captari quantum ipſis licet[illegible] ſatis innuunt, adduntque nunquai[illegible] eam rem ſerio Theologorum ex- amine probatam. Illa vero que- rela quid eſt iniquius, quo[illegible] dicunt Luſitani quæſtus ſuos ex- haurir[illegible]

auriri copia contra licentiam? nter certiſſima enim Iuris enunti- ita eſt nec in dolo eum verſari, nec raudem facere, ne damnum qui- lem alteri dare videri, qui jure ſuo titur: quod maxime verum eſt, non alteri noceatur, ſed rem ſuā ugendi animo quippiam fiat. In- pici enim debet id quod principa- ter agitur, non quod extrinſecus n conſequentiam venit, Imo ſi roprie loquimur cum *a* Vlpiano, on ille damuum dat, ſed lucro uo adhuc alter utebatur, eum rohibet. Naturale autem eſt & mmo juri atque etiam æquitati onveniens, ut lucrum in medio oſitum ſuum quiſque malit quā terius, etiam qui ante percepe- t, Quis ferat querentem opifi- m quod alter ejuſdem artis ex- citio ipſius commoda evertat? itavorum autem cauſa eo eſt ju- or, quia ipſorum hac in parte ilitas cum totius humani gene- utilitate conjuncta eſt, quam ſitani everſum eunt. Neque hoc te dicetur ad æmulationē fieri, in re ſimili oſtendit Vaſquius: t enim plane hoc negandum , aut aſſervandum non ad bo- m modo, verum etiam ad opti- m æmulationē fieri juxta Heſio- dum

nique de aq. & aq. plu. Vide. Vaſ. cont. uſu fr. c. 4 n. 3, & ſeq. ad Procul de dāno infecto.

Vaſq. d. loc.

ibidē n. 5.

dum, ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτο
Bona his mortalibus hæc eſt. Nam
tiam ſi quis pietate motus, inq
ille, frumentum in ſumma pen
ira vilius venderet, impediret
improba durities eorum homin
qui ſæviente penuria ſuum cari
fuerant vendituri. Verum eſt ta
bus modis minui aliorum redit
nec id negamus, ait, *ſed minuunt*
univerſorum hominum commodo:
UTINAM *omnium* PRINCIPU
& TYRANNORUM ORBIS
ditus ita minuerentur. Quid er
tā iniquū videri poteſt quā Hiſp
nos vectigalē habere Terrarū O
bē, ut niſi ad illorū nutū nec em
re liceat nec vēdere? In cūctis
vitatibus dardanarios odio atq
etiam pœnis proſequimur: nec
lum tam nefarium vitæ genus
detur, quam iſta annonæ flagel
tio. Merito quidem. Naturæ en
faciunt injuriam, quæ in commu
fæcunda eſt: neque vero con
debet in uſus paucorum repe
negotiatio, ſed ut quod alteri
eſt alterius copia penſaretur, ju
tamen compendio omnibus p
poſito, qui laborem ac peric
lum transferendi in ſe ſuſcipiu
Hoc ipſum igitur quod in rep

l. 1. C. de monop.

Caiet. ad ſū. Thō. 2.2.q. 77. a. 1. quo ad tertium.

Ariſt. 1. de rep. c. 9.

lica, id eſt minore hominum conventu,, grave & perniicioſum judicatur, in magna illa humani generis ſocietate ferendumne eſt? ut ſcilicet totius Mundi Monopolium faciant populi Hiſpani? Invehitur Ambroſius in eos qui maria claudunt: Auguſtinus in eos qui itenera obſtruunt: Nazianzenus in coemtores ſuppreſſoreſque mercium, qui ex inopia aliorũ ſoli quæſtum faciunt, & ut ipſe facundiſſime loquitur καπηλεύοντες τὸ ἀδελφὸν ὑπὸ τῆς ἐνδείας. Quin & divini ſapientis ſẽtentia publicis diris devovetur, ſacerque, habetur, qui alimẽta ſupprimendo vexat annonam: ὁ συνέχων σῖτον δημοκατάρατος. Clament igitur Luſitani quãtũ & quam diu licebit: lucra noſtra decidit is. Reſpondebunt Batavi: Imo noſtris invigilamus Hocne indignamini in partem nos venire ventorum & maris? Et quis illa vobis lucra mãſura promiſerat? Salvum eſt vobis, quo nos contenti ſumus

5. Hex c. 10. l. 4. q. 44 ſup. Mum. In fũ. Baſilii.

CAPUT XIII.

Batavis jus cõmercii qua pace, qua induciis, qua bello retinendum.

QUare cum & jus & æquũ poſtulet, libera nobis ita ut cuiquam

quam eſſe Indiæ commercia, perest, ut ſive cum Hiſpanis pa ſive induciæ fiunt, ſive bellum m net, omnino eam, quam à natu habemus libertatem, tueamur. ad pacem quod attinet, notum eã eſſe duûm generũ: aut enim pa fœdere, aut impari coitur. Græ iſtam vocant συνθήκην ἐξ ἴσ hãc σπονδὰς ἐξ ἐπιταγμάτ illa virorũ eſt, hęc ingeniorũ ſerv liũ. Demoſthenes in oratione d libertate Rhodiorum: καί τοι χ τοὺς βουλομένους ἐλευθέρους εἶ ναι τὰς ἐκ τῶν ἐπιταγμάτω συνθήκας φεύγειν, ὡς ἐγγὺ δουλείας οὔσας: *eos qui volunt e liberi oportet omnes conditiones qui bus leges imponũtur ita fugere tãqu quæ proxime ſunt ſervituti* Tales ſũ mnes quibus pars altera in jur ſuo imminuitur, juxta Iſ cratis de finitionẽ προστάγματα vocãti τὰ τοὺς ἑτέρους ἐλαττοῦντα παρ τὸ δίκαιον. Si enim, ut inquit Ci cero, ſuſcipiẽda bella ſũt ob eã cau ſam, ut ſine injuria in pace vivatur, ſequitur, eodẽ auctore, pacem eſſe vocandã, non pactionẽ ſervitutis, ſed trãquillã libertatẽ: quippe cũ &

Thucydides. Iſocr. Andocides.

Off. 1. Polus Lucanus apud Stob. de iuſt. Clẽ. Alex. Strõ. 4.

hiloſophorum & Theologorum ompluriumjudicio pax & juſti-a nominibus magis quā rediſſe-nt,ſitque pax non qualiſcunque, d ordinata concordia. Induciæ item ſi fiunt,ſatis apparet ex ipſa duciarū natura,non debere me-o earum tempore conditionem ujuſdam deteriorem fieri, cum me interdicti *Vti poſſidetis* inſtar tineant. Quod ſi in bellum tru-mur hoſtium iniquitate, debet bis cauſæ æquitas ſpem ac fidu-m boni eventus addere. Nam ὲρ μὲν ὧν αὐ' ἐλαττῶνται μέ. ὴ δυνατὸν πάν τις πολεμοῦ- περὶ δὲ τοῦ πλεονεκτεῖν οὐχ ως. *pro his in quibus iniuria affi-ntur omnes quantum omnino poſ-t depugnant,at propter alieni cu-tatem non itē.* quod & Alexan-Imperator ita expreſſit; τὸ μὲν χειν ἀδίκων ἔργων οὐκ ἀγνώ-α ἔχει τὴν περίκλησιν, τὸ ούς ὀχλοῦντας ἀποσείεσθαι ε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ι τὸ θαρραλέον, καὶ ἐκ τοῦ ἀδικεῖν ἀλλ' ἀμύνασθαι, ρχει τὸ εὔελπι. *Ejus à quo*

Auguſt. 15. de civ
Demoſt.

cœpit injuria, provocatio maxim invidioſa eſt at cũ depellũtur aggreſſores, ſicut bona cõſcientia fiduciã ſecũ fert, ita quia de vindicanda nõ d inferẽda injuria laboratur, ſpes eti adſũt optima. Si ita neceſſe eſt, perg gẽs mari invictiſſima, nec tuã tãtũ ſed humani generis libertatem audacter propugna,

Popert. l. 4. eleg. 6.

Nec te quod claſſis centenis remigat alis
Terreat (INVITO labitur illa MARI)
Quodve vehũt proræ Cẽtaurica ſaxa minãte
Tigna cava & pictos experiare metus.
Frangit & attollit vires in milite cauſa,
Quæ niſi juſta ſubeſt excutit arma pudor.

Si juſta multi, & ipſe Auguſtinus arma crediderunt eo nomine ſuſcipi, quod per terras alienas ite innoxium negaretur; quanto ill juſtiora, quibus maris, quod naturæ lege cõmũe eſt, uſus cōmunis & innoxius poſtulatur? Si juſte oppugnatæ ſunt gentes, quæ in ſuo ſol commercia aliis interdicebant quid illæ quæ populos ad ſe nihi pertinentes per vim diſtinent, a mutuos earum commeatus inter cludunt? Si res iſta in judicio agitaretur, dubitari non poteſt qu à viro bono expectari deberet ſententia. ait Prætor: a *Quo minus il in flumine publico navem regere, ra tem agere, quove minus per ripa exonerare liceat, vim fieri vet*

Vide ſ. c 1 a l. 1 ff. ut id flum. pub. nov. liceat.

D

De mari & littore in eandem formam dandum interdictum docent interpretes, *b* exemplo Labeonis, qui cũ interdiceret Prætor: *c Ne quid in flumine publico ripave ejus facias, quo ſtatio iterve navigio deterius ſit, fiat*: ſimile dixit interdictum competere in mari: *d Ne quid in mari inve littore facias, quo portus, ſtatio, iterve navigio deterius ſit, fiat.* Imo & poſt prohibitionem, ſi quis ſcilicet in mari navigare prohibitus ſit, aut non permiſſus rem ſuam vendere, aut re ſua uti, injuriarum eo nomine competere actionem Ulpianus* reſpondit. Theologi insuper & qui tractãt caſus, quos vocant, conſcientiarum, concordes tradunt, eum qui alterum vendere aut emere impediat, utilitatemve propriam publicæ ac communi præponat, aut ullo modo alterũ in eo quod eſt juris communis impediat, ad reſtitutionem teneri omnis damni viri boni arbitrio. Secundum hæc igitur Vir bonus judicans, Batavis libertatẽ commerciorum adjudicaret, Luſitanos & ceteros, qui eam libertatem impediunt, vetaret vim facere, & damna reſtituere, juberet. Quod autem in judicio obtineretur, id ubi judicium haberi non

b Glo. ibid.
c l. 1. in pr. ff de flum.
d l eadẽ. §. ſi quid in mare. l 2. ff. Ne quid in lo pub §. ſi quis. L. in injuriarum actio & l. ſi quis propr. ff. de iniur. Silv. in verbo reſtituio. parte 3. ſub finẽ.
** alleg. G. Oldradum. & Archi argum. l. 2. ff. ad l. Iuliã. de annõ: & l. ãnonam. de extra. crimin. & ibi gloſ.*

non poteſt, juſto bello vindicatur. Auguſtinus: e *Iniquitas partis adverſa juſta ingerit bella.* Et Cicero: f *cum ſint duo genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, confugiendum ad poſterius ſi uti non licet priore.* Et Rex Theodoricus: g *veniendum tunc ad arma, cum locum apud adverſarium juſtitia non poteſt reperire.* Et quod propius eſt noſtro argumento, Pomponius eum qui rem omnibus communem cum incommodo cæterorum uſurpet MANV PROHIBENDVM reſpondit. Theologi quoque tradunt, ſicuti pro rerum cujuſque defenſione bellū recte ſuſcipitur: ita non minus recte ſuſcipi, pro uſu earum rerum, quæ naturali jure debent eſſe communes. Quare ei qui itinera præcludat, evectionemque mercium impediat, etiam non expectata ulla publica auctoritate, via facti, ut loquuntur, poſſe occurri. Quæ cum ita ſint, minime verendum eſt, ne aut Deus eorum conatus ſecundet, qui ab ipſo inſtitutum jus naturæ certiſſimum violant, aut homines ipſe eos inultos patiantur, qui ſolo quæſtus ſui reſpectu communem humani generis utilitatem oppugnant.

e De civ. l. 4.
f Off. 1.
g. Caſio 3. Var. 17.
l. quamvis quod in littore ff. de acq. rer. dom.
Henric. Gorich. de bello juſto, prop. 9.

Iacob.

IACOBI GOTHOFREDI, IC.
DE
DOMINIO MARIS

Ad *l* 9. Digeſt. de Lege Rhodia De jactu.

Hypomnema.

CAP. I.

GENRALIA de LEGE A'ξίωσις, ejúsque Vsu.

STATVS quæſtionis, & princeps hujus Diatribæ opus: Legem ἀξίωσις, utramque in partem traci. Diſtinctis ea pericopis ſeu ſectionibus proponitur: Verſio ejus nova. Tribus partibus eam cōſtare. A'ξίωσις pro libello; non pro Deprecatione, *reſcripta libellis ſubjici ſolita. Duas poſteriores hujus l. partes contineri quoque in* Auctoritate *Legibus Nauticis præfixà. Summa ejus apud Harmenopolum, Docimum, & Attaliatam. Sententia Baldi. Vſus hujus* Legis *multiplex.*

IMPERIVM MARIS publici quoque Romanorum juris olim fuiſſe, ſeu Imperatoribus ita paruiſſe; uti ἤπειρος ſeu continens ipſa paruit, perſuaderi ſibi quidam hâc ad-

 huc

huc ætate nondum patiuntur: Imò, Mare in laxitate naturali & promiſcuo ſemper omni atque *inmetatum* manſiſſe cenſent, veluti rem quæ in nullius Dominio, vel Imperio eſſe poſſit: Quibuſcum amicè congredi nunc animus eſt: Non quidem argumentis vel teſtimoniis è veteri Memoriâ ſeu Hiſtoriâ operoſe conquiſitis, verum (quos mihi cancellos in præſens ſeu terminos poſui) ſolâ Legum Romanarum auctoritate, Neque adhuc tot aliis hanc in rem Legibus ſive Iuris textibus, qui de *Dominio* Maris, jureque, qua publico quâ privato, in mari occurrūt, quos in aliud mihi tēpus uberioreque tractatum ſepoſui, ſi Deus ſinet, & ſint qui id jure exigant, verùm unius tantùm famoſiſſimæ Legis inter alias præjudicio.

Ea verò Lex, eſt Lex ἀξίωσις, ſeu *Lex Deprecatio 9 ff. de L. Rhodia de jactu*. Cujus alioquin Legis ipſius, velut palmariæ hoc in argumento, auctoritate è contrariæ ſententiæ patronis nonnulli cum maximè, neque aliâ temerè magis, tueri ſeſe veſtarique ſolent.

Ecquis verò credat, id quod præcipuum τῶν ἑτεροδόξων fundamentum hactenus eſſe ſolet, eximium & illuſtre, neque aliud temerè magis ſententiæ noſtræ fundamētum eſſe poſſe? Et ita tamen eſt, ſi modò Lex illa nō per nebulam aut tranſennā, verùm diſtinctè proponitur, perq; partes penſiculatur. Id quod nonnulli jam facere feliciter cœperūt: quorum induſtriæ hanc operam noſtram

e-

ex profeſſo ſive commodare ſive ſuccenturiare viſum: eâdem lege, quâ & ſuas ſors deinceps ad eam μελέτας ſeu cogitationes alii feliciùs adhuc prodituri ſunt.

Ea igitur lex ſic habet, ſervatis in præſens ubique Græcis receptæ hactenus lectionis verbis, reſtitutâ tantùm interpũctione.

VOLVSIVS MÆCIANVS,
ex Lege Rhodiâ.

1. Ἀξίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον βασιλέα. Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε. Ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων.

2. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι

Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται.

3. Τοῦτο δὲ αὐτὸ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν.

Id eſt (ſic enim hanc l. paulò aliter, quàm hactenus, alicubi verto) 1. *Libellus* (ſupplex ſcil.) *Eudæmonis Nicomedienſis ad Antonium Imperatorem. Domine Imperator Antonine, Cùm Naufragium feciſſemus in Italiâ, direpti ſumus à publicis* (ſeruis ſcil.) *eorum qui Cycladas inſulas incolunt.*

2. *Antoninus Eudæmoni reſcripſit.*

Ego quidem Orbis (totius ſcil.) *dominus ſum, ſed tamen Ius Maris ſecundum legem Rhodiorũ nauticam judicetur. In his* (videlicet) *in quibus nulla noſtrarum Conſtitutionum ei aduerſatur.*

3. *Id ipſum verò & ſacratiſſimus Auguſtus conſtituit,* (ſeu decreuit.)

Hujuſce Legis, præter ipſam, tum *Au-*

ctoris tum libri, unde ea deſumpta eſt, inſcriptionem, tres omninò ſunt partes ſeu perioptionem, tres omninò ſunt partes ſeu pericopæ. Prima continet Eudæmonis Nicomedienſis Ἀξίωσιν, id eſt, Libellum ſupplicē, ſeu Deſiderium & poſtulationem: nō (quod vulgata verſio minus rectè habet) *deprecationem* (unde tamen Lex hæc hodie nomen obtinet, cenſerique ſeu allegari ſolet, ita, *Lex deprecatio.*) Eſt enim *deprecatio*, nō querela vel libellus quilibet ſupplex, verùm ignoſcendi ſeu indulgentiæ poſtulatio. Cujuſmodi libellus hic non continetur. Continet inquam, prima hujus legis pars libellum ſupplicem oblatum Imperatori Antonino, quòd & ipſa Libelli inſcriptione palàm fit. Ἀξίωσις Ἐυδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον βασιλέα. Secundo loco ſubjungitur *Reſcriptum* Antonini Imp. ad ſuperiorem Eudæmonis libellum (ſic enim Reſcripta libellis ſubjici ſolita infinitis teſtimoniis, etiam ex Veteribus lapidum Inſcriptionibus, petitis, comprobatur) Quod iterum Reſcripti ipſius ἐπιγραφὴ docet, Ἀντωνῖνος εἶπεν Ἐυδαίμονι. Tertio loco ſubjicitur quippiam, ab utroque illo, libello ſ Eudæmonis, & Reſcripto Antonini) ſecretum & ſeparatum: obſervatio, inquam, auctoris hujus legis, qua is notat, idipſum quod Antoninus ad libellū Eudæmonis reſcripſit, alteri quoquè *deinceps* Imperatori (quem Διόδοτον Ἄυγουστον vocat) placuiſſe. Breuiter, prima pars hujus legis eſt *Partis* allegātis, ſeu ſupplicātis: Secunda *Imperatoris* reſcribētis: Poſtrema, *Iuriſcōſulti* obſervātis.

Quæ

Quæ quidē duo poſteriora (Reſcriptum, inquā, Antonini, cum obſervatione illâ Iuriſconſulti) priore (libello, inquam, Eudæmonis) refecto, continentur quoque αὐτολεξεὶ in veteri *Auctoritatis* fragmento (quo de fuſius poſtea) quod legibus Nauticis præmittitur, quæ *Legis Rhodiæ* nomen hodie ψευδωνύμως præferunt, quas, VV. CC. Schardius & Freherus, unà cum Legibus *Georgicis* ſeu Ruſticis, & *Militaribus* edidêre.

Summam verò hujus legis Græci quoque Interpretes ſcriptis ſuis indidêre: velut Cōſtantinus Harmenopolus, *prochiri ſui lib.* 2. *tit.* 11. §. 1. ut & Docimus *in calce legum Nauticarum*, iiſdem uterque verbis. Τὰ ναυτικὰ πάντα, καὶ ὅσα κατὰ θάλασσαν κεῖνται, Ῥοδίῳ τέμνεσθαι νόμῳ. καὶ κατὰ τοὺς Ῥοδίους δικάζεται νόμους. ὅταν μὴ ἄλλος νόμος ἐναντιούμενος τοῖς τῶν Ῥοδίων νόμοις εὑρίσκηται. εἰσὶ γὰρ οἱ τῶν Ῥοδίων νόμοι τῶν ἄλλων ναυτικῶν νόμων παλαιότεροι. Sed & Michaël Attaliates, *in Synopſi ſuâ, tit* 48. breviùs adhuc. τὰ ναυτικά, ἤτοι τὰ κατὰ θάλασσαν, τῷ Ῥοδίῳ νόμῳ κρίνεται, ἐν οἷς αὐτῷ μὴ ἕτερος ἐναντιοῦται νόμος.

Nos tria illa hujuſce legis membra ſigillatim deinceps expendemus, nihilque adeò in iis notatu dignum prætermittemus, ut ita in bono lumine locatis omnibus, atque undique colluſtratis, exinde clarè efficiatur, quod potiſſimum nunc aſtruimus, illâ quoque lege, *Imperatorem Dominū Maris, & libello ipſo Eudæmonis perſpicuè indicari, & gemino Reſcripto, Antonini videlicet & alterius*

inſuper Auguſti qui ibi memoratur, diſertè adſeri. Quod ſanè viderunt quoque è veteribus Interpretibus nonnulli, & in his quidem acutiſſimus omnium Baldus, qui tum *in explicatione hujus ipſius legis*, tum *commentario ad l. 1, §. quòd ſi quis ff. de operis novi nunciatione*, clarè pronunciavit, *iſtà lege dici, quòd Imperator eſt dominus totius orbis, & quòd terra & Mare eſt ſibi* (pro ei) *ſubjectum*: Item, *Mare univerſaliter ſumptum eſſe Imperatoris*: Qui idem, *& in Rubricà de rerum diviſ.* ait, *in Mari diſtincta eſſe Regna, ſicut in aridà terrà.*

Et eſt nobis hujuſce legis Interpretatio eò accurratior inſtituenda, quò plures paſſim ad eam errores admittuntur, emendationibuſque non neceſſariis vel inconditis tribus locis continẽtur, quóque ea celebratior eſt, & in plures tractatus jam incurrit, ſeu diffũditur. Neque enim ejus hactenus uſus eſſe ſolet., cum *de Maris dominio*, ſeu Imperio, quæritur, uti nos nũc præcipuè quærimus: 2. vel etiam, cum de Iure *Naufragii colligendi* agitur, quod & ipſum hîc nobis obiter propoſitum eſt. 3. verum &(quò ſeſe diffundit Interpretum *ἀκυρυγία*) cum de veteri *Imperio Imperatoris Romani* diſquiritur, quo ſẽſu videlicet Antoninus Imp. Orbis dominum ſeſe vocet, ejuſq́, adeò ſive argumento ſive exemplo Imperatores alii vocentur, vocarive poſſint, & quorum reſpectu. 4. Item, cum de *Conſuetudine Legi contrarià*, & adverſus eam inolitâ inquiritur, quò lex hæc perperã trahitur. 5. Deniq; , cùm de *uſu juris Ro-*

mani agitur, quâmque hodie id vim authoritatemq; habere debeat: In quæ ipſa omnia, verum per tranſennam, & hâc Diatribâ inquiintur.

CAP. II.

De AVCTORE, & ARGVMENTO hujus l.

I. AVCTOR *hujus legis Voluſius Mecianus. Quando is vixerit. Quolib. eam complexus ſit. Duos tantùm ejus libros de Iure memorari. Non ſcripſiſſe eum libros* Quæſtionum, *ab iis diverſos. ut neque* de lege Rhodiâ. *Deſumpſiſſe eum hanc legem ex Auctoritate legis Rhodiæ. Corpus legis Rhodiæ Nauticæ.* Publicorum, *non Fideicomiſſorum libris id ſcripſiſſe Mecianum. Græca Reſcripta Imperatorum ad Græculos: & quidẽ Antonini.* Publicorum *libri, id eſt, de publicis judiciis ſeu criminibus. Naufragorum deprædatio publicum crimen, & atrox maximè, ſemper habitum.*

II. ARGVMENTVM *hujus legis Fugitivane ea? Principum & legiſlatorum mos, à caſu ſpeciali ad generalem conſtitutionem adſurgendi. Triboniani mos, affinia quoque ſub titulis collocandi.*

ANTEQVAM verò ſingulas hujus legis partes expendimus, de *Authore* ejus,

 atque

atque adeò de Inſcriptione ejuſdem, ante omnia videndum nobis eſt. Non nudâ aliquâ vel inani tantùm curioſitate, verùm, ut ex Auctoris quà ſcriptis, quà ſæculo, de verâ Legis ipſius mox ſententiâ eò magis liquere poſſit: dein, ut & illud poſtea definire poſſimus, quiſnam ſit Imp. Antoninus ille, quis item Θειότατος Αὔγουστος, qui in eâ memorantur.

Igitur obſervandum, huic legi hunc Auctoris, ſimul & libri, titulum præfigi, *Voluſius Macianus, ex Lege Rhodiâ.* Hic ille ſcilicet eſt, integro quoque nomine, *L. Voluſius Macianus,* qui Iuliano IC. (Adriani & Antonini Pii coætaneo) contiguus (quem ipſe ideò *Iulianum noſtrum* ſubinde vocat, *in l. 86. π. de condit. & demonſtr. l 65. §. 1. π. ad Trebelliã. l. 30. §. 7. π. ad l. Falcid.* pariter, ut æquæuum *Vindium noſtrum* indigetat *l 32. d. tit. ad l. Falcid.* Contrà, qui non Ulpiano IC. tantùm, (qui ſub Antonino Caracallâ ſcripſit) antiquior, quippe qui ab eo allegatur *l. 72. in princ. π. de vſufr. l. 6. π. d. l. Pomp de parricid l 16. π ad Trebell. l. 11 §. 3 & 15. de legat. 3. l. 17. in princ. de jure patr. l. 3. quibus mod. uſusfr. amit.* ut & à Paulo, *l. 6. π. de ſeruit prædior. ruſticor.* verùm & Scævolâ vetuſtior, utpote à quo is laudetur *l. 20. π. ad l. Falcid.* (qui ſanè ſub Marco Antonino & Cõmodo vixit) & ſic inter Iulianũ & Scævolã medius, ſub Hadriano & Antonino Pio primũ, quo Iuriſperito uſũ eum inter alios auctor eſt Capitolinus, *in vitâ Antonini Pii,* vixit: ſub quo & Marcus Antoninus priva-

tus

tus adhuc juri ſtuduit, teſte eodem Capitolino, *in vitâ Marci:* mox & ſub Divis Fratribus (i. ſub Marco Antonino & Vero Impp.) floruit. Quod teſtatur diſertè reſcriptum ipſorummet *Divorum* Fratrum, quod extat *l. Divi Fratres* 17 *π. de jure patronatûs.* Ipſe certè Mæcianus & Aproniani SC. quod ſub Hadriano, non (ut alii cenſent) ſub Marco, conditum eſt, ſententiam refert lib. 12 Fideicōmiſſorum *in l. 12. π. ut in poſſeſſ. legator* Idèmque D. Pii decretum allegaſſe dicitur ab Ulpiano *d l.* 11. § *3. de legat.* 3. Tandem & lib. 7. Fideicommiſſor. *in l. 42. π. de fideicomm. libertat.* diſertè *Antoninum Auguſtum Pium noſtrum* allegat. Quod non tantùm de Antonino Pio, verùm etiam de Marco Antonino accipi poſſit. qui & ipſe in Faſtis Conſularibus *Pius* appellatur: & ita aliis quoque locis eum appellari tentat. P. Faber 3. *ſemeſtr.* 12.

Et hæc quidem de Auctore Legis *ἀξίωσις*, & ſic de priore Inſcriptionis ejus parte. Sequitur altera, his verbis, *Ex lege Rhodiâ* Ita enim expreſſè præferunt caſtigatiſſimæ omnium Pandectę Florentinę: non, ut Haloandrina editio præfert, *de lege Rhodiâ.* Multò minus admittendum: quod alii habent *Epitomarum*: ſic quidem etiam, ut Labeoni hanc legem iidem accepto ferant, errore nato ex proximè ſequente *l.* 10. *π. de l. Rhodiâ de jactu.*

Hiſce verò verbis, *Ex lege Rhodiâ.* non indicatur, Voluſium Mæcianum librum ali-

quem ſingularem *de Lege Rhodia* ſeu *ad legem Rhodiam*, ſcripſiſſe (quod plerique tamē minùs penſè autumant) cujuſmodi certè nullus Mæciani liber occurrit in vetuſto Canone ſeu Indice, qui veterum Iuriſprudentum unde Pandectæ Iuſtinianeę conflatę ſunt nomina ſcriptáq; continet: Duo quippe tantum ibi Voluſii Mæciani de jure ſcripta memorantur, *Fideicommiſſorum* videlicet & *Publicorum*, quibus perperam tertium inſuper à nonnullis adjicitur *Quæſtionū* (qui ſanè iidem ſunt cum libris Fideicommiſſorū, ut docet *d l. 72 ff. de uſufructu:*) ut & quartum iſtud, *ad Legem Rhodiam*. Quanquam extat & ejuſdem Voluſii Mæciani præterea liber *de Aſſe & ejus partibus*: verùm tractatus hic, etſi Iuris ſtudioſis perquam neceſſarius ob hæredum ſcilicet inſtitutiones aliàque multa, non tamen propriè de Iure eſt.

Ergo verbis illis, *Ex Lege Rhodia*, indicatur, Voluſium Mæcianum id quod lege ἀξίωσις continetur, puta libellum Eudæmonis cum Reſcripto Antonini ei ſubtexto, ad inſtitutum aliquod ſuum ex corpore Legis Rhodiæ deſūſiſſe. Unde ſimul apparet, Voluſii Mæciani ætate, certum aliquod corpus ſeu σύνταγμα legis Rhodiæ Nauticæ extitiſſe, unde videlicet is hanc legē excerpſerit: ſubjecta tantum ei de ſuo obſervatione, nēpe quòd Θειοτάτοις Αὐγούστοις. *ſacratiſſimo Imperatori*, ſub quos is tum agebat, idem placuiſſet, De quo poſtea.

An igitur Mæcianus id ſcripſerit libris *Fide-*

Fideicommiſſorum? Quod quis forte putet, argumēto ipſo hujus legis ductus, utpote quo agatur de Mari & Naufragio; quandoquidē & idem libro 2. Fideicommiſſorum in *l.* 15. *ff. de legat.* 3. ſcripſit *eas quoque teſtatoris res legari poſſe, quæ in profundo* (i. in mari,) *eſſe dicuntur, uti præſtentur, quandoque* (i. quandocunque) *ea apparuerint.* Ad quam utique legem ſpecies rectè ponatur in re ſive jactatâ periculi avertendi gratiâ, ſive naufragio amiſſâ, de quo ipſo eſt hæc lex noſtra: Utroq; ſcilicet caſu res domini permanet, cùm non ſit ea derelicta, ſed deperdita, atque adeò legari fideive committi poteſt. Item, quia idē eodem libro ſcriptum reliquit, *in l.* 17. *tit. de legat.* 3. *etiam ea quæ futura ſunt legari poſſe, velati inſulam in Mari enatam:* Ut ita videatur Voluſius Mæcianus, dum tractat, utrùm res è Mari olim eruendæ legari fideive committi poſſent, prolixiùs oſtendiſſe, res naufragio amiſſas domini manere, neque à quoquam alio regulariter rectè vindicari poſſe: in quo cenſu num *δημόσιοι* eſſent, & quatenus, idem ſimul agitaverit.

Et veriſſima tamen hæc ſententia eſt, Mæcianum id ſcripſiſſe libris *Publicorū,* in quos, etſi Latinè ſcriptos, non Græcè (quod nonnemo tamen cenſebat) pro re natâ is reſcripta quoque Imperatorū retulit: cujuſmodi Græca reſcripta ad Græca pariter Aſianorum deſideria alibi paſſim occurrūt. Sic enim ſoliti Principes Græcis Græcè quoque reſcribere, vel reſpondere: quē etiā in finem Ma-

giſter epiſtolarum Græcarum inter ali[c]
Magiſtros erat, de quo veteres Inſcriptio-
nes. Ioſephus *lib. 1. c. 7.* Eunapius *in Nimph[i]-
diano*, & Notitia *Imperii Theodoſiana*. Sic [&]
(ne de aliis nunc dicam) Antonini Pii (cuju[s]
hoc reſcriptum noſtrum eſt) Græca alia re-
ſcripta memorantur *l. 3. π. de cuſtod reor. l. 1[.]
π. de ſeruit. prædior. ruſticor.* & proculdubi[o]
quoque *l. 6. π. de excuſat. l. 5. de vi publ. l. 1.*
appellat. quæ ad Antiochenſes, vel ad κοιν[ὸν]
aliquod (veluti Aſiæ, Theſſalonicæ & Thra-
ciæ) data dicuntur. Certè inter alias Aſiati-
cas Urbes Nicomedia Græcula admodum
urbs fuit ſuæque linguæ retinentiſſima. I[d]
quod expertus eſt quoque Lactantius po-
ſtea, qui cùm ex Africâ eò accitus fuiſſet u[t]
Oratoriam doceret, penuriâ diſcipulorum
ob *Græcam videlicet ciuitatem* (inquit Hie-
ronymus *de Viris Illuſtribus*) ad ſcribendum
ſe contulit. Ad rem.

Publicorum, inquam, libris Mæcianum
hanc legem ſcripſiſſe vero propius eſt: *Pub-
licorum*, id eſt, non (quod Vir quidã Cl. pro-
didit) in cenſu ſeu recenſione jurium publi-
corum, ſeu fiſcalium, vel ad publicanos ſpe-
ctantium, quaſi eâ parte Mæcianus tracta-
verit, utrùm fiſcus vel publicani Naufragia
colligere ſibique vindicare poſſent, tractâ
eò perperam voce δημοσίων, ut poſtea oſten-
detur: Verùm, libris *Publicorum*, iudicorum
ſcilicet ſeu criminũ: cujuſmodi libros ſcrip-
ſêre olim quoq;, præter Mæcianum, tres alii
inſuper è veteribus IC. puta Venulejus Sa-
tur-

turninus, Marcianus & Macer: Qui quidē Mæciani libri *de publicis*, judiciis ſcilicet, pariter ut Marciani Macríque, quandoque ſimpliciter *Publicorum* dicuntur & inſcribuntur: quomodo & *leges publicorum* ἁπλῶς quoq; dici ſolent. De publicis ſcilicet Iudiciis Voluſius Mæcianus libris quatuordecim commētatus olim fuerat, ut Canon ſeu Index ille, quem dixi, Florentinus, edocet; unde tria adhuc ἀποσπασμάτια, ſeu fragmenta per Pandectas occurrunt: puta, è libro quinto, *lex* 8. *ad L. Iul. de vi publ.* è libro duodecimo, *Lex* 11. *de publicis Iudiciis*: ex undecimo, *Lex* 14 *de Senatuſconſulto Sylaniano*, quibus alioquin duabus poſtremis legibus perperam *Marcianus* pro *Mæciano* inſcribitur; qui error ut proclivis, ita & alibi admiſſus quoque eſt, veluti *in l.* 45. *de religioſis.* Ad eoſdem ſanè quoque Publicorum libros referri oportet quartum inſuper caput, quod ex Mæciano refert Ulpianus. *l.* 6. *π. ad. l. Pomp. de Parricidiis.* Eòdem deniq; referenda eſt hæc lex noſtra Α'ξίωσις. Quod ex ejus argumēto liquidò colligo, ut pote quo *de Naufragorum deprædatione*, ſeu διαρπαγῇ agitur. Quod utique atrox ſemper crimen, ſeu facinus ἀνόσιον καὶ πονηρὸν, maximè habitum: imò & inter *publica* latrocinia cenſitum, ſi quis, inquam, luctuoſum compendium, ſeu prædam ex naufragio, dèque naufragis (quod genus ἀσύλητον rectè dixit Antiquitas) atque ex alienâ hâc calamitate, ſeu δυστυχίᾳ, lucrum faceret. De quo improbiore, ſive furti, ſive latroci-

nii genere ſunt cōplures in Iure noſtro textus: puta, *lex 1. in fin l. 2 3 4. 5 7 π. de incēdio, ruina, naufragio: l. 18, C. de furtis cū Autethica, Navigia*, quæ auctorem *Fridericum* habet, ei ſubditâ. Quibus legibus, non tantùm naufrago ipſi direpti in quadruplum actio ex Prætoris Edicto datur, vel etiā gravis multa prædonibus iſtis ex Conſtitutionibus quadrupli pariter imponitur, verùm etiam pœnæ corporales, velut publico crimini indicuntur, dèque his Præſides provinciarum uti de latronibus gravem ſententiam dicere jubentur. De hujus alioquin criminis deteſtatione videndus quoque Dion Chryſoſtomus, *Oratione Euboica* 7 Sic ſanè & Vlpianum, libro octavo de officio Proconſulis, quo varias is publicorū judiciorum ſpecies perſecutus fuerat, inter alia publica crimina, *de naufragorum depradatione* egiſſe comperio: & peculiari quidem titulo, junctim, *de Naufragiis & incendiariis*, ut docet author Collationis legum Moſaicarum, qui vulgó Licinius Rufinus, *tit. de incendiariis* 12. ūde etiam deſumpta eſt, *lex ult. dicto tit. de incendio, ruina & naufrag.*

Sic igitur tenemus, unà cum Authore hujus legis ejuſque adeó ævo, ſimul & occaſionem ejus libris ſuis, & *publicorum* quidem, includēdæ: Imó tenemus & Argumentū, ꝙ eſt *de præda ex Naufragio*, vel *de Naufragis facta*. Vnde ſimul videri poſſit, hæc lex, uti loquūtur, pariter ut *lex ult eod. tit.* fugitiva eſſe, neq; titulo ſuo, *de Lege Rhodia de jactu*, ſub

quo

quo poſita ea eſt, ſatis reſpondere: Eſt enim titulus ille, non de omnibus promiſcuè legibus Rhodiis Nauticis, verùm de eâ nominatim (quod & *ſeries titulorum* ibi oſtendit) quæ eſt de jactu ſeu ἀποβολῇ, vel ἐκβολῇ in mare factâ, removendi communis periculi causâ, & exinde συμβολῇ, ſeu contributione & collatione inter omnes quorum intereſt faciendâ, cúm contrà Eudæmonis querela *in l. A'ξίωσις* ſit de prædâ ex naufragio factâ: Quanquam dici poſſit, Antonini reſcriptum, libello Eudæmonis ſubjectum, latiùs ſeſe jam porrigere, & ad omnes maris controverſias ſeu Nauticas pertinere, atque adeò ad caput quoque L. Rhodiæ de jactu: uti fermé Principes, unius caſûs occaſione arreptâ, providentiam ſuam latiús extendere, atque adeò generaliora jam præcepta reſcriptis quoque ſuis complecti adſolent: haud aliter, atque ab aliis νομοθέταις aliisq; ſubinde νομοθεσίας ſpeciebus fieri amat. Imò & illud addi poſſit, ſolemne hoc quoque apud Iuriſconſultos olim fuiſſe, & Triboniano ipſi eſſe, ut ſub titulis ſpeciali alicui argumento deſtinatis, affinia quoque tractarent: quod & Pandectarum Codicisq; titulos evolventia paſſim occurret. Certè, apud Paulum quoque *in* S*ententiis*, *lib*. 2. *tit*. 7. titulum generaliter apud quoſdam ita concipi video, *ad Legem Rhodiam de Nauticis*: etſi eo titulo nonniſi ſententiæ de jactu in mare facto hodie nobis occurrant.

CAPVT III.

De Evdaemone, & de Navfragio ipſius.

I. Libellvs *Eudæmonis expenditur. Et in eo primum inſcriptio libelli, ſeu de Eudæmone ipſo. Eum ἔμπορον ſeu negotiatorem fuiſſe videri. Quæ de nauticis in jure occurrunt, ad ἐμπορίαν ferme pertinere. Nicomedia Bithyniæ metropolis: Exinde merces, ad urbem Romam aliaſq; ſubvecta. Delos Inſula Cycladum mercatu ſeu emporio celebris. Loci adjectio in libellis & Cõſtitutionibus attentè ſpectanda.*

II. *De caſu* Naufragii. *Ναυφράγιον pro ναυάγιον. Latinæ voces Græcis hoc ævo immixtæ. Rhodii veteris linguæ retinentes. D Pauli locus ad* Corinthios *obiter reſtitutus, & quidem duobus locis.* 1. *Ἐξουβία ibi legendũ videri, pro Ἐξουσία.* 2. *Τοὺς Ἀγελαίους, vel τὰς Ἀγέλας, loco τοὺς Ἀγγέλους.*

III. *De loco Naufragii. Accurſii ſterpor. Emendatio Viri docti. Emendata noviter eâ parte lex Ἀξίωσις. Legendùm ἐν τῇ Ἰκαρίᾳ. Ægeum mare (& in eo Icarium, atque adeô Cyclades inſulæ) naufragiis infame Icarium mare Cycladibus vicinum. Cyclades à Spo-*

radibus.

radibus diſtinctæ. Telia una de Sporadibus, non de Cycladibus hoc ævo fuit. Cyclades tandem cum Sporadibus commixtæ. Rhodus de Cycladum numero non fuit. Epigrammata plura ex Anthologia huc ſpectantia.

NUnc de ſingulis Legis Ἀξιῶσις periochis ſeu partibus. Ac primò quidem *Precū* ipſarum tenor, ſeu *Libellus* Eudæmonis, ſub manum veniat, atque adeò ipſa jam Facti ſpecies, ſeu ὑπόθεσις, quæ in eâ proponitur: Quám quidem, facilioris tantùm tractationis ergô, in duo capita reſolvo: in priorem: ſcil. Naufragii caſum, & ſequentem Deprædationis. In priore tria ſpectanda veniunt 1. *Perſona* naufragium paſſi 2. *Caſus* ipſe Naufragii. 3. Tandem & *Locus* ipſe Naufragii. Dicitur itaque primùm Eudæmon hic *Nicomedienſis:* proculdubio ἔμπορος, i. *Negotiator:* quomodo & de Nicæenſi pariter naufragium paſſo, qui φορτίδα eduxerat, extat Epigram. 63. Antipatri *lib.* 3 ἀνθολ. εἰς ναυαγήσαντας. Nam & quæ de nauticis noſtris in Iure noſtro occurrunt, ut & in *collectione legum Nauticarum*, ea ad ἐμπορικῶς ferme πλέοντας pertinent, & ad naves onerarias φορτηγὰς. Videtur ſcilicet omninò Eudæmon merces Ponticas é Nicomediâ Bythiniæ tranſvexiſſe: Nempe enim, ut maxima ſplēdidiſſimàque Nicomedia, hoc jam ævo mater ſeu metropolis Bythiniæ erat, etſi Nicæa de πρωτείων controverſiam moveret, ut ex Dione Chryſoſtomo liquet: (quomodo

modo & alia προεδρείαν, id eſt, *præſedentia*, ut hodie loquuntur, inter civitates Aſiæ hoc ipſo ævo jurgia fuère, ut diſcere e ex Ariſtidis *Oratione* περὶ ὁμονοίας ταῖς πόλεσιν ita propter maris, cui ea adjacebat, opportunitatem, eò certatim merces ex Ponticis civitatibus & regionibus, deferebantur; m exinde in alias orbis Romani partes transferebantur. Quod idem Dio Chryſoſtomus horum ipſorum temporum ſcriptor & Bithynus ipſe, teſtatur, *Oratione ad Nicomedienſes* 37. *pag.* 477 ἔξεστι δὲ ὑμῖν ... (intellig. ... as Civitates) τὸ πρῶτον καὶ μέγιστον ... θάλατταν, ἐξ ἧς ἁπάντων μὲν καὶ τῶν νῦν κομιζομένων. Et fortè etiam in ſpecie hujus legis ab Eudæmone Deliæ, quæ Cyclidum metropolis erat, merces è Nicomediâ ſubvehebantur. Erat enim Delus ut olim, inſula etſi parva, attamen quò omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant, referta divitiis teſte Cicerone *pro L. Manilio*, ita & hoc adhuc tempore mercatu ſeu emporio celebris teſte, poſt Ciceronem dicto loco, Strabone *lib.* 10. & 14. & Plinium Pauſaniâ *duobus locis* qui tamen hoc tempore deſertam maxime Deliis fuiſſe ſcribit. Ut non ſruſtà jam Eudæmon libello ſuo nomin ... patriam quoque *Nicomediam* addiderit, ut ita peculiarem Principis Antonini favorem emereretur, ut qui annonam ſortè Urbis etiam Romæ, vel certè aliarū Orbis Romani civitatū; juvaret cujuſmodi Negotiatores ut variis privile-

gii

giis, ita & immunitatibus fruebantur: vide vel *l.5.§.3. de jure immunitat.* Ut cæteroquin ex Loci ſæpe adjectione & vera ratio Legis enaſcitur, & certa interpretatio adſumitur.

Secundò dicitur Eudæmon ἔμποgος (ut dixi) cum ſuis *Naufragium paſſus*: ναυφράγιον ποιήσαντες. Ubi notanda vox Latina, à Græculo Bithynio uſurpata, pariter ut apud Syrianum & Sopatrum, cùm aliàs Græcè loquentibus: ναυάγιον, *Naufragium ſit*, quomodo etiam hîc nonnulli (& in his quidem Alciatus) legebant. Nempe obſervandum, linguæ Græcæ decus hoc jam ævo concidiſſe (haud aliter atq; eloquentiæ quoque regula jam corrupta ſteterat obmutuerátque) unàque cum ſervitute paulatim quoque lingua Latina Græcæ miſceri cæpit, quo tempore ſoli Rhodii ferme, qui diutius libertatem & diſciplinã integram ſervaverant, puram (& Doricam quidē) linguam patriamq; ἐκ γενετῆς ſeruabant, καθαροί que adeò hanc in partem manebant, ut teſtatur Ariſtides, *Oratione ad Rhodios pro concordia.* Quibus tamē Meſſenii quoq; addendi, de quibus idē prædicat *Pauſanias Meſſenicorum pag.* 138. Certè in ipſis jam ſacris novi Fœderis ſeu Inſtrumenti libris complures hujuſmodi voces ἐξοριμαϊκὰς occurrere multis exēplis patet. Ut omittā, quæ aliûs generis ſunt, plurima veſtiariç vocabul. Latina ibi uſurpātur, λέντιον, σανδάλιον, τηρικὸν, σιμικίνθια, σουδάριον. Quibus hac occaſione nouū inſuper quoddā, diu antè præſtructum & cogitatū, hic indicare

dicare paucis libet. In *priore* D. Pauli ad Co-
rinthios cap. 11, v. 10. jubetur *fœmina* ἐξουσί-
habere in capite Id quod hactenus, quà ve-
teres Græci Theologi, quà recẽtiores Inter-
pretes, quod ſciam, omnes, per μετωνυμί-
pro indicio ἐνδεικτικῷ poteſtatis & ſubjecti-
onis ὑποταγῆς pro ἐξουσιάζεσθαι denique d-
ctum putant. Quod neſcio, an apud quem-
quam hanc ad diem plenã fidem meruer-
mihi certè, ceu violentum nimis, place-
nunquam potuit Quare reponam ego om-
ninò, unius tantùm literulæ mutatione, ἐξ-
βίαν: mutato, inquam, ζ in β. Quod vel i-
facillimè perſuadebitur, quibus manuſcri-
ptos vel leviter inſpicere datum. Certè. r-
ipſa omnem dubitandi rationem præcidi-
ἐξουβία enim eſt *exuvium* ſeu *exuvia* & vel-
mentum, & quidem capitis. Exuviæ ſive De-
orum ſive hominum ſunt teguminaſeu ve-
lamenta. Vide vel Nonium *cap.* 6. Ide-
quoque pauló pòſt apud D. Paulum *verſ.* 1-
idem dicitur περιβόλαιον. Et cum de capi-
agitur, exuviæ ſunt, queis totum caput fac-
èſque adeò velabatur, obnubilabatur, ob-
nubebatur, flammeum, θέριστρον καλύμματ-
Quâ ſané καλύμματος voce hîc utitur Ire-
næus hunc locũ allegans *lib.* 1 *pag.* 26 qu-
ſanè *D.* Pauli mens hic fuit: ad quã vide & qu-
Tertullianus ſcribit *de Virginibus velandi*
cap. 17. & Clemens Alexandrinus 2. *pædagog*
c. 10 *ſub. fin.* Ideò rectè quoque vetus In-
terpres Pauli in quibuſdam codicibus ho-
loco habet *velamen*, non *poteſtatem*. Hi-
addde omnibus, quæ Dion Chryſoſto-

us *Orat Tarſicà*, Tarſum à modeſtiâ com-
endans (quæ D. Pauli Patria quoque fuit)
g. 408. ſcribit. Ab *exuvio* igitur, ſeu ab
uviis, Græcâ jã inflexione ἀπὸ τῶν ἐξειλη-
μένων, ἐξεβία.
Et quia in eo ſumus, ſequentia quoque
ud D. Paulum illa, διὰ τοὺς ἀγγέλους, ita re-
tuendacenſeo, διὰ ἀγελαίους: vel, διὰ τὰς
γέλας Ἀγέλαι ſunt greges juvenum: Ἀγ-
ῖοι, gregales, qui in idẽ, εἰς ἓν συνηθροισμένοι.
c nominatim apud Cretenſes, dictæ Ἀγέλαι
ῶν παίδων ſeu νεωτέρων, oppoſitæ ἀνδρείοις
quæ alibi συσσίτια dicta) quæ erãt τῶν τελείων
u virorum, apud Strabonem *lib.* 10 & He-
clidem Ponticum, quæ in idem convenie-
nt, quibuſq; ἀγελάτης præerat: & è quibus
gredientes uxores ſtatim ducere cogebã-
r. Strabo. γαμεῖν ἅμα πάντες ἀναγκάζονται
ὑπ' αὐτοῖς μετὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς τῶν παίδων
γέλης ἐκκριθέντες. Quod optimè convenit
l D. Pauli mentẽ, quæ nõ alia hîc videtur,
uàm fœminas velatas eſſe oportere, pro-
er juvenum videlicet illecebras & cupidi-
tes. Clemens certè Alexandrinus *in Stro-
at.* ut refert Theophylactus ad hunc lo-
im, ἀγγέλους τοὺς τῆς ἐκκλησίας δικαίους inter-
etatus eſt, & rationem ibi addit eandem
iam mox dixi Quare valeant jam per me
ii de Angelis vel etiam de Epiſcopis hunc
cum hactenus accipiunt. Et hæc quidem
iter, quæ Theologis excutienda relinquo,
æ & ipſa, niſi aliò nũc pergerẽ, cõmõſtrare
ti à poſſẽ: &, ſi deinceps opus, firmaturꝰ ſũ.

Poſt

Poſt hæc ita à me ſcripta Vir celeberrimus Daniel Heinſius interpretationem, quæ vult dicere, mulierem poteſtatem habere in capite ſuo, id eſt in viro, qui mulieris caput eſt; & ſic poteſtatem habere in viro ſeu poteſtati ſubeſſe viri: quod ferri nō poteſt. Poteſtatem ſcilicet habere in aliquo quis dicatur, qui alienæ poteſtati ſubjectus eſt? Nos hactenus probavimus, *poteſtatem habere*, activo ſignificatu accipiendum pro poteſtatem gerere, exercere. Exortus & alius novus Bibliorum Interpres, qui ἐξουσίαν hîc accepit de facultate prodeundi in publicū. Peſſimè: nā hîc agitur de habitu mulieris in Eccleſiâ Nos ad libellū Eudæmonis redeamus.

Tertiò dicitur in lege ἀξιώσεις Eudæmon Nicomedieſis cum ſuis Naufragium paſſus ἐν τῇ Ἰταλίᾳ *in Italia*. Id quod hîc ſtare nulla ratione poſſe, ut jam δίστιχως indicatum, ita nuper quoque à nonnullis bene inculcatum eſt. Quod & duobus argumentis mihi perſuadetur.

Primò quidem, quia etſi mare Italiæ adjacens, ut & inſulæ littoraque Italiæ pars Italiæ ſint & dicantur *l. inſula* 9. ff *de judiciis*, attamen vix eſt, ut qui in mari Italiæ naufragium paſſus fuit, dici poſſit *in Italiâ* naufragium feciſſe. Deinde, (quæ potior jam ratio eſt & irrefragabilis) coſmographia ipſa retinetur: dicitur quippe Eudęmon naufragium paſſus cū ſuis, direptus ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Igitur & eo quoque ferme Cycladū inſularū ſitu tractuque

naufra

uſragiū paſſū eū oportet: á quo quātā ab-
t mare Italicū (ſive inferū, ſive ſuperū) nō-
it Geographorū filii: in quìs cū nomē pro-
:eri ſuū bonꝰ Accurſius olim nō poſſet, pro
uncia-vit is, *Cycladas quoq; inſulas Italia eſſe.*
Quid igitur? Τηλία hic nuper reponebat
ir Doctiſſim. Teliā ſcilicet, ſive mare ſive
nſulā, quæ & ipſa inſula de Cycladū nume-
) fuerit. Probabiliter ſatis: etſi Γηλόας vox
audita: nā inſula ipſa Τηλιας dicta; θαλάσση
τὸ Τηλια nuſpiam memoratur, neq; mare
Teliacū quiſquā audivit. Præ quo tamē ma
bā ipſe dudū, & nunc malo, retentis totidē
llabis integroq; earum ſono, ἐν τῇ Ἰκαρίᾳ,
ϑαλάσσῃ, id eſt *in mari Icario*, ubi & cognomi-
s inſula *Icaria* erat: Nempe, ut alias συγγενὴς
λ καὶ τὸ ρ ἐςὶ (ut teſtantur vel vetuſtiſſima
cholia in Apollonii *ἀργοναυ. num. 11.*) ita er-
ore ſæpe unā in aliā migrat: ac nominatim
oco literæ caninæ ρ ejus vice λ uſurpatur.
uod & ſecundo loco rei ipſi, ſeu naufragio,
uo de hâc lege agitur, optimè cōvenit: Nā
in cōmune mare *Ægeum* naufragiis & ſæ-
tiā infame ſēper habitū. Ægeiq; tumultus
oti. de quo præter alios plures vidēdus vel
ienander *apud Athenæū*; Horatius, *3. Carm.*
29 Dionyſius Afer *in περιηγήσ.* Philoſtra-
s in Heroicis, Ariſtides *Oratione de mari Æ-
o*: *Epigramma* Argentarii *22. lib. 3.*
ϑαλ εἰς ναυαγήσαντας: Scriptores horum
ſorum temporum, & Himetius Sophiſta,
ui ſub Conſtantino vixit *apud Photium*

pag.

pag. 1112. ūde & proverbium, *Ægeum navi*·*gat*; ita nominatim Icarium mare, ſeu pelagus (quod Ægei pars fuit, quanquam aliqui quandoque ab Ægeo id ſeparant) inter Samum & Myconem periculi plenum, ejuſq; adeò littora inhumana & importuoſa ſempe fuêre, mercatoribūſque metuenda: Quod u Icari fabulâ adumbratum, de quo *Mytholo*gi, ita de eo innumera ſunt apud veteres teſtimonia: Videndus vel Horatius, *lib* 1 *Ode* 1 Strabo *lib.* 10 & 14 Epigramma ἀνθολογ. *lib* 1. *tit.* εἰς ναυάγιον. & *lib.* 3. εἰς ναυαγήσαντας, *ep* 25. Solinus, *lib.* 1. *c.* 11. Alii Quibus acceda & Plinii locus, *lib* 7. *epiſt*, 4. qui eodèm reſpexit: *Mox*, inquit, *cùm à militiâ rediens in Icaria inſula ventis detinerer, Latinos elegos in illud ipſum Mare ipsàmque inſulam feci.* Atqu adeò & Cyclades inſulæ naufragiis infames Horat. 1 *Carm.* 14.

Inter fuſa nitenteis
Vites æquora Cycladas.

Ubi Porphyrion, *Cycladas, id eſt, breues inſulas maris Ægei, Et ita propter anguſtiam ſu maria illic periculoſa.* Virg. 3 *Æn.*

ſparſasq; per æquor
Cycladas & crebris legimus freta cōcita terris

Antipater *lib.* 3 ἀνθολογ. *epigr.* 44. εἰς ναυαγήσαντας.

Πᾶσα θάλαττα, θάλαττα, τί κυκλάδας ἢ σ
τὸν Ἕλλης
Κῦμα καὶ ὀξείας ἠλεὰ μεμφόμεθα.
Ἄλλως τοὔνομ' ἔχουσιν ἐπεὶ τί με τὸν προφυγόν
Κεῖνα σκαρφαιεὺς ἀμφεκάλυψε λιμήν.

Om

'mne mare mare eſt, quid Cycladas aut anguſtū Graciæ
Fluctum & ventos ſtultè rependimus?
'emerè nomen hoc habent, cum quid me evitantem
Illa, Scarphæus circumoperuit portus.

Accedat tertio loco, & maximè quidem, ſi-
us Icarii maris, quod utique Cycladibus
roximus erat: quód ex Strabone, *lib.* 10. &
linio, *lib.4 cap.2.* diſcere eſt: remotius ve-
ó Telium (Τηλία θάλασσα, quod etiam nuſ-
iam memoratur antiquis) utpote quod
hodiaci maris pars erat; inter quod & Ica-
um Mare, *Myrtoum* adhuc medium jacebat.
ſeque etiam Telus, quod idem Vir doctiſſ.
utabat, de Cycladum numero hoc ævo e-
it, quarum metropolis Delos habita, & de
ujus ambitu, *Cyclades* (etſi Lactantius *in*
atium malit, ideó dictas *quòd longo ordine*
is circumire neceſſe ſit propter promontoria
riculoſa,) quas memorant & numerant Di-
earchus, Strabo, Plinius, Ptolomeus, Hygi
us, Avienus, Solinus, Aethicus, alii: verúm
Sporadum cenſu, ut ex iiſdem clarū. Nam
uod Stephanus Byzantius Telum Cycladi-
us poſtea accenſet, id pro ævi ſui uſu facit,
uo Cyclades jam Sporadas quoque in no-
en ſuum traxerant: quod ex Suida quoque
rum, qui Σποράδας & Κυκλάδας eaſdem
n facit, quę tamen hoc ævo, quo de nunc
imus, accuratè adeó diſtinguebantur,
uod etiam ex vetuſtiſſimis ſcholiis Apol-
nii liquet, ſic ut ſuis certiſq; terminis

& limitib9 Cyclades à Sporadibus dividerẽtur. Videndus in id etiã Dionyſius *Periegetes p.75.76.* & Æthicus *in Coſmographiá*. Quare eſt quoque gravis error cenſentium jam penè omnium, hoc ævo Rhodum (cui proxima Telus) de Cycladum numero, imò & earum metropolim fuiſſe: Quod ut huic ævo non convenit, ita poſtea factum non adeò abnuam, ut Rhodus Inſularum metropolis eſſet: de quò vide vel *Nevell Iuſtiniani* 5 Cæſ... huic optimè convenit Callimachi Epigramma 8. *lib* ἀνθολογ. εἰς ναυαγήσαντας.

Νάξιος οὐκ ἐπὶ γῇ ἔθανεν Λύκος, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
Ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην
ΕΜΠΟΡΟΣ ΑΙΓΙΝΗΘΕΝ ὅτ' ἔπλεε, χὼ μὲν ἐν ὑγρῇ
Νεκρός, ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων
Κηρύσσω πανάληθες ἔπος τόδε, φεῦγε θαλάσσῃ
Συμμίσγειν ἐρίφων ναυτίλε δυομένων.

Naxius non in terrá mortuus eſt Lycus, ſed in mari
Navim ſimul & vitam vidit pereuntem
Mercator ex Æginá cùm navigaret, Et hic quidem in humido
Mortuus, ego verò fruſtrà nomen tumulus habens
Nuncio veriſſimum verum hoc: Fuge cum
Commiſcer in hœdis nauta occidentibus.

Ecce enĩ hic ἔμπορον Naxiũ ex Inſulâ Cycladum Naxo Αἰγινῆθεν navigantem & naufragi

fragium paſſum. Vide & epigramma 29. ubi de Chio & ἐμπορίῃ: & 30. ubi de Leſbo: & 43. ubi de Andro & Ægeo: & 44. ubi de Cycladibus & Scarphæo: 60. & 75. ubi de Ægeo pelago. Tandem poſt hæc à me dicta Vir doctiſſimus qui *de modo uſurarum* ſcripſit, tentabat hîc & παραλία: Quod ut à vulgatâ lectione remotum nimis, ita ſuis poſtea rationibus refellemus. Alius ad quintam collationem Decretalium p 18 mallet ἐκ Ἀτταλίᾳ Pamphyliæ urbe, duæ non multum à Gycladibus diſtat, de qua *in Novellâ* Leonis Philoſophi. Maneat igitur hîc reponendum ἐν ἐμπορίᾳ, quod etiam probârunt *Florum verſiones pag.*

CAP. IV.

De Depraedatione Eudæmonis.

QVERELA *Eudæmonis, de* Deprædatione *Querela ſola apud Principes pro ſupplicatione eſt Caſus libellis propoſiti, omiſſâ petitione, ſeu concluſione.* Διαρπαγῆς *ex naufragio reſpectu rei, ſpecies variæ. Explicata* Lex ult. ϖ. de incendio. Δημόσιοι *qui* hâc lege. *Sex perſonarũ genera naufragiis inhiantium diſtincta, atque adeò & leges ſuper his.* Δημόσιοι *non publicani, ſed ſervi civitatum publici. De his ſervis aliqua multa.* Οἱ τὰς

 Κυκλάδας

Κυκλάδας νήσους οἰκοῦντες quinam? Nova interpretatio horum verborum.

SEQVITVR jam pars altera Libelli Eudæmonis, Querela puta, quà is *direptum ſeſe cum ſuis* ait, *διηρπάγη μὲν*, inquit, *ὑπὸ τῶν δημοσιώντων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων.* Sic quidem etiam, ut in eâ querelâ ſubſiſtat Eudæmon, contentus videlicet caſus ſuos apud Principem deflere, alienamque injuriam memoraſſe, nullâ ulteriore prece additâ, nullâ ſupplicatione: cúm tamen totus libellus ſupplicatio ſit, *ἀξίωσις*. Suas nempe qui potenti narrat miſerias, qui injurias, opem ſatis eo ipſo poſcit, ſolaq; miſeriarum commemoratione, pro ſupplicatione eſt: Apud Principes maximè, quos & alioquin verbis onerari non oportet: Vnde illa quoq; olim Libellorum & Relationum ad Principem concinnitas, quam & alias videre eſt, quęq; hodie ambiguitatem & dubitationū multarum mater & materies eſt. Certè & hæc quoque Lex noſtra haud adeó controverſa ad hāc uſque diem fuiſſet, ſi Eudæmon querelis ſuis pauló ampliùs indulſiſſet, hiſque vela laxaſſet: ſi controverſiæ, inquā, genus inter ſe & *δημοσίους*, latius expreſiſſet: ſi deprædationis ſpeciem, quam pertulerat, memoraſſet. Quæ alioquin multiplex eſt

1. Quæri quippe poteſt, num *δημόσιοι* illi res naufragio ejectas ſibi privati alicujus juris moriſve obtētu vindicaverint (quod poſtea adſtruemus) an verò cæterorum tantum

privato-

privatorum ſive furũ, ſive latronũ more?2. Rurſũ, an ejectas ad littus res, an veró in trepidatione, cóque tẽpore quo naufragiũ fit, an natantes, quò ſpectat *lex 1. §. ult. l. 2. 3. 4. π. de incẽdio, ruinà, naufragio*: ſimili exẽplo, quo apud Iuvenalem Palfurius & Armillatus delatores ſub Domitiano (teſte Mario Maximo, & ex eo veteri Iuvenalis Scholiaſte) *Satyrà 4. v. 54. 55.*

Quidquid conſpicuum pulchrumq; eſt æquore toto,
Res Fiſci eſt ubicunque natat.

3. Vel etiam an in partem tántúm δημόσιοι, colligendis naufragiis intervenerint, de quo caſu eſt *lex 7 π de incendio, ruinâ & naufr.* 4. An verò in totum, ſic quidem ut ingredi loca littoribus proxima colligendi naufragii causâ naufragi ab his prohibiti fuerint: quo ſpectare videtur *lex ult. π. de incendio, ruinà, naufragio*, ubi contrà definitur, *licere unicuiq; naufragium ſuũ* IMPUNE *colligere: impunè*, id eſt, ut aditu vel ingreſſu αἰγιαλῶν ſeu locorũ littoralium nemo jure prohiberi poſſet: quo modo etiam ad ſervos fugitivos inveſtigandos prædia aliena impunè ingredi fas eſt: *l. 1. & 3. π de fugitivis*: non item invito domino aucupii faciendi gratiâ, *l. 16. π de ſervit. præd ruſtic.* quàs duas poſteriores leges ejuſdem Antonini Pii eſſe notandum eſt? Imo quæri poſſit, an naufragi tantúm res ſuas à δημοσίοις collectas repetentes nimiis ſumptibus prægravati fuerint, & ſic hactenus prædam paſſi ſint? Imò tandẽ quæri poteſt, utrũ

Dionis Chryſoſtomi locus, *in Euboica*? Quorum nihil libello Eudæmonis ἰητῶς exprimitur, verùm indefinitè tantùm ,διηρπάσθαι inquit. Sed ut maximè Eudæmonis libell nihil tale exprimatur, ex eodem tamen, cum Reſcripto Antonini collato, id eruere poſte conabimur.

Ergo direptos ſeſe queritur Eudæmo ὑπὸ τῶν δημοσίων. Ubi alterum iam hoc inveſtigandum venit, ex quo ipſo ... poſtea liquebit, de quonam depredationis genere hâc lege agatur, quinam, inquam, per δημοσίους hic exaudiendi ſint? Vetus ſanè verſio, & poſt eam Alciatus Cuiacius item & Schardius, *ad Leges Nauticas p.*373, hodièque deinceps omnes, *Publicanos* hic accipiunt. Et hoc quidem argumento, quòd & alia vetus lex fuerit, quâ naufragia publicabantur, ſeu ad publicanos pertinebant: νόμος τὰ ναυάγια τῶν τελωνῶν εἶναι, quod & Scholaſticarum declamationum inter alia argumentū fuiſſe, Sopatri & Syriani loca *in Hermogenem*, & Curii Fortunatiani *ſchol. lib.* 1 *pag.* .. teſtantur. Atque adeò ſub Imperatoribus publicani fiſco Principis naufragia vindicare niterentur. Id quod tamen Principum conſtitutionibus & Senatuſconſultis repreſſum fuit, & quidem Antoninorū (de quibus *hac lege*) ut & Iuriſconſultorum ſententiis: verum nulla lex toto iure de publicanis agit, ne quidē *l.* 1. *de naufr.* neque *l.*7. *in fin. de incend ruin. & naufr.* ſunt enim ea de fiſco. Cæteræ leges (ut omnes nunc *perſonas*,

qua

quæ quomodocunque naufragis inhiabant, perſequar) pertinent, 1. ad *privatos* ſ. vel naufragia ſibi jure uſucapionis vindicare niſētes, puta, *Lex* 21. § 1. *de aquir. poſſ. l* 44. *de adquirend. rer. domin.* 2. vel ad fures ſeu raptores quoſcunque, veluti *lex* 1. 2. 3. 4. 6 *π. de inced. ruin. naufr. l* 18 *Cod de furtis*; quam obſervandum eſt à Diocleti no Nicomediæ datam (unde alioquin Eudæmon noſter erat) 3. vel ſpecratim ad poſſeſſores, qui juxta littora maris poſſidebant; quò ſpectat *lex* 7 *&* *ult in princ d. tit.* de quo eſt quoque Paulini Nolani, *ep* 36 *ad Macariũ* Tot ſcilicet in terrâ naufragiis, poſt naufragium in mari, naufragi obnoxii fuêre. 4. Quibus adde & quarto loco δημοσίους, de quibus sæ lege. Quod quidẽ omne interim notari oportet: ut ita caſus hi omnes legeſq; probè diſtinguantur, quæ alioquin turbidè vulgó commiſcentur.

Ut eó, unde digreſſus ſum, redeam, per δημοσίους hoc loco *publicani* paſſim accipiuntur, eàque interpretatio in communem jã opinionẽ tráſiit. Et potior tamẽ hæc mihi placet ſentẽtia, ut δημοσίων vox hîc accipiatur *de ſeruis publicis Civitatũ*, nõ veró de Publicanis.

Primùm enim, ut omittam Scholaſticam eam de publicanis legem fermè tantùm fuiſſet, quæ juvenibus exercẽdis olim propoſita: utq; à proprietate vocis iſtius δημοσίων incipiam, nullibi, quod ſciam, δημόσιοι pro *publicanis* accipiũtur, qui potiùs δημοσιῶναι vocãtur (quod poſt hæc primũ ſcripta Vir doctiſſimus

mus, qui *de modo uſurarum* ſcripſit, etiã comprobauit, & ideò ut ad publicanos hũc locũ referret, repoſuit δημοσιωνῶν) de quo mox, A δημόσιοι ſunt, vel κοινοὶ vel βασιλικοὶ, ut δημόσιον omne eſt κοινὸν ἢ βασιλικὸν & δημόσιοι abſolutè pro ſeruis publicis, ſeu publico alicui miniſterio addictis. Æſchynes κατὰ Τιμάρχου p. τῶν δ' ἐκ διατελοῦντος αὐτῆς ἐστί τις Πιτταλακὸς, ἄνθρωπος δημόσιος, οἰκέτης τῆς πόλεως. Et ſic ſæpe infrà. Harpocration ex illo Æſchynis loco & ex Demoſthene, & poſt eum Suidas, δημοσίους λέγουσι, ſeu, ἔλεγον τοὺς τῆς πόλεως δούλους. Vide & Vlpianum *in Olynth. 2. Demoſthenis*, & Lyſiam κατὰ Νικομάχου In tantũ, ut δημόσιος pro carnifice aliquando accipiatur, veluti apud Dionem *Rhodiacá pag.* 348. qui apud alios δήμιος quoque dicitur, ut & apud Latinos eodem ſenſu *publicus* abſolute. Per hos verò ſervos publicos inter alia pecuniæ publicæ à debitoribus exigebantur, ut docet *lex. 9. ff. de compenſ.*

Et ſanè, quod ſecundũ argumentum habeo, dicũtur hìc δημόσιοι τῶν τὰς Κυκλάδας οἰκούντων, i. *ſervi publici eorum qui Cycladas inſulas incolunt*, ſic enim hic locus accipiendus eſt, & conſtruendus: non δημόσιοι οἰκοῦντες, quod tamen etiam Vir clariſſimus, qui *de modo uſurarum* ſcripſit præſupponit: verùm δημόσιοι τῶν οἰκούντων. Erant ſcil. olim publici, non tantùm pop. Romani, ſed & provinciarum, civitatum ſeu Rerum publicarum, atque adeò & Inſulanorum, ſeu eorum qui inſulas incolebant, νησιωτῶν ſerui, de quibus publicis ſeruis innumeri ſunt textus Iuris, quo-

quorũq; etiã præter alios meminit *Plinius*, *lib.*10.*epiſtolà* 30,31. & *epiſtol* 40.41.per quos videlicet,ut inRepublicâ pleraque gerebantur,ita,iidem publicarum Rerum Actores & exactores erant, Inſularum nomine ex lege Rhodiá alicubi,vel naufragia,vel certè partem ex iis aliquam vindicabant,& exigebãt, colligendiſque iis interuenire volebant:pariter , uti *Principis* quandoque nomine liberti ſeruiq; fiſcales eadem ſibi vindicare alicubi nitebantur, ut docet Calliſtratus,horum ipſorum temporum ſcriptor *in l.* 7. *in fin.* ϖ.*de incendio,ruinà,naufr.* Imó,quomodo & aliâ de cauſâ jam olim eâdem L. Rhodiâ , *ſi qua roſtrata nauis in portu deprehenſa fuiſſet,apudRhodios publicabatur,ſeu populi fiebat*, teſte Cicerone *lib* 2.*de Inn.c.*32.

Ergo non de publicanis eſt hæc lex , verùm de ſervis publicis per inſulas Cycladas, qui quo jure , aut quam ad rem naufragorũ res ſuis vindicarent,mox indagabimus. Sed Ciconius *ad quintam Collectionem Decretalium* urget,*pag.* 18. nihil clarius quám jus hoc publicanorum fuiſſe circa inſulas: ſiquidem publicani omnia naufragorum ſibi & fiſco arrogabant : quod omninò eis interdictum fuit,ut conſtat ex *l interdum* , § *ſi propter.* ϖ. *de publican.* & *l.* 3.& 21.*de adqu poſſeſ.l.* 44. *de adqu. rer. dòm l.* 1. 3. 4.*de incend.ruin.*& aliis pleriſque locis, ubi tota quæſtio eſt de publicanis , nuſquam de ſeruis publicis inſularum. Verum huic jam ſuprà occurri, cùm varias

varias perſonas recenſerem; quæ naufragorum bona ſibi vindicabant. Deinde hoc perperam aptatur *de. l. interdum*. Eſt enim de jactatis, de expoſitis dèque commiſſo non profeſſas merces. Neque leges illæ *ad qui. poſſeſſ* vel *de acquiren. rerum domin.* v *de incend. ruin.* de publicanis quidquam gunt.

Cap. V.

De Qverelae Eudæmonis ad Imp. cauſis.

Cavsa cur Eudæmon querelam ad Imperatorem pertulerit. Leges jus a civitatibus & Inſulis ſub Impp. relicta. Maritimarum Civitatum, & quidem Aſiaticarum, ut & Inſularum jura quadam peculiaria. Libellorum & Relationum ad Imp. cauſa: in his pracipua, ubi inter Ius & Æquitatem res cognitiòve nutaret, vel ſi de jure Civitatum ageretur. Quidquæſitum in ſpecie hujus legis Eudæmonem libello ſuo Imperatorem dominum Maris apertè agnoſcere.

CVm ex iis quæ ſuperiore capite probata ſunt, manifeſtè liqueat, per δημοσίους in Eudæmonis libello publico, Cycladum Inſularum ſervos intelligendos, atque adeo de vero hujus legis argumento liqueat, jam facile nobis erit quod & ipſum interpretationem noſtram, & vel maximè ſi mat conjicere, cur in ſpecie hujus legis Eudæmo-

mon' Principi ſupplicavet : Quod alioquin quæri plurimum intereſt, cur, inquam, Eudæmon, ad Principis Antonini præſidium opemque confugerit, cùm alioquin jura publica invocare potuerit, adireque è Rectore provinciæ jus & æquum facilè ferre potuiſſe videatur? Quid enim, non jam cognitaque erant tot Leges, Senatuſconſulta, & Edicta, quibus naufragis adverſus deprædationis διαρπαγὴν abundè conſultum erat; ſecundùm quæ Rectori provinciæ judicare proclive erat? Non adverſus vicinorum poſſeſſorum hac parte prædantes Edicto Hadriani Imp. ſatis cautum erat, quo Præſides de his qui ſtationibus gravem ſententiam dicere jubebantur, *l. 7. π. de incendio, ruina, naufragio*? Non ipſemet D. Antoninus ad Rectorem quendam provinciæ pœnarum genera modúmque præſcripſit adverſus eos qui quid ex naufragio diripuiſſe probarentur *l. Pedius 4. §. 1. d. tit de incendio, ruina, naufragio*? Non idem Antoninus conſtituit *l. 1. Cod. de Naufragio*; fiſcum ſeſe alieno naufragio interponere non opportere, addita elegātiſſima hac ſententiâ, ſive insertâ: *Quod enim Ius habeat fiſcus in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur?* Vera quidē hæc omnia: verū, quod ſciri plurimū intereſt,) ſingularis admodū *hac lege* caſus cōtinetur, à cæteris planè diverſus. Nō enī agitur hâc lege de privatis, vel etiā de fiſco, aliiſqe fiſci nomine Naufragia ſibi vindicantibus, de quo ſunt cæteri

textus juris, verúm de Civitatibus, Rebu publicis, Inſularum incolis, naufragia ſi vel ex iis partem ſaltem aliquam, νόμῳ, ſi jure quodam, & quidem Maris, vindicātib Notādum ſcilicet eſt, Provincias, Regione Inſulas Maris, Civitates ſeu Reſpublicas ſi Imperio Romano conſtitutas, ſuis quibuſ peculiaribus, legibus & conſuetudinibus privilegiis egiſſe, quæ magni faciebant ōn ſibi ſervari. Quod non tantúm leges noſtr paſſim oſtendunt, imò & inculcant, veluti 4. §. *ingreſſum* 7. *π de Officio Proconſul. l.* 71 *fin. π. de contrah empt l.* 4. *de feriis: l* 2 *de uſ ris: l* 9 *Cod. de teſtam* & aliæ plures. Imò & Pl nius *lib.* 10. *epiſtolarum* non uno loco, put *ep.* 21. vel 31 56. & 57. ubi Trajanus Imper *perſeveremus in eâ conſuetudine, quæ iſti pro vinciæ eſt ut per SERVOS PVBLICOS cuſtodi cuſtodiantur.* Idem *ep* 114. *Id ergo, quod ſempe tutiſſimum eſt, ſequendam cujuſque Civitati legem puto.* Sic Nicæenſes inteſtatorum ſuor bona ex privilegio D. Auguſti vindicabant eodem Plinio teſte *lib.* 10. *ep.* 88. 89. Ita Bithyniæ & Ponticæ civitates in exigendis pecuniis ſibi debitis prototaxiam vindicabāt, quam legem habentibus ſervari vult Trajanus *lib.* 10 *epiſt.* 09. 110 Sic & Papinianus *l.* 21 *de reb. auct. Iud. poſſidend.* Antiochēſem Cæle-Syriæ civitatem privilegium in bonis defūcti debitoris lege ſuá habuiſſe teſtatur. In hoc itaque quoq; cēſu Cyclades inſulæ earumq; δημόσιοι, in hujus l. ſp. ponebant, naufragii colligendi, ſive interveniendi jus, quod & νόμοι θαλάσσης vocabant: Eudæmon

cōtrà διαρπαγὴν volebat vocabatq; Sic certè & alia ſibi quædā jura *Maritimas* nominatim civitates vīdicaſſe cōperio: quale & illud eſt, quòd per certam provinciæ partē ingredi Rectori provinciæ moris eſſet ἐπιδημίας ſive κατάπλους vocabant, provinciæq́, adeò quædam id habebant, ut per mare in eas Proconſul veniret, veluti Aſia: uſque adeò, ut Antoninus Auguſtus (Caracalla, ſc.) reſcripſerit, ad deſideriū, ſeu ad libellū, Aſianorū Proconſuli neceſſitatem impoſitam per mare Aſiam appellere, καὶ τῶν μητροπόλεων Ἐφέσου primā attingere. Certè Plinius, cúm in Bythiniā Proconſul proficiſceretur, Maleâ enavigatâ Epheſum ſeſe veniſſe ſcribit, quaſi id quoque ad curam Principis pertineret, *lib.* 10. *ep.* 16. *vel* 16. Hujus itaque generis erat νόμος ille θαλάσσης (ut mox vocatur, & de quo poſtea plenè) quo Cycladum inſularum δημόσιοι, λιμενοφύλακες, ἐλλιμενισταὶ & ἀπόστολοι, littorū cuſtodes, portitores, Rebuſpublicis ſeu civitatibus & inſulis ſuis naufragia vel in totum vel certè pro parte vindicabant.

Quònam verò jùs id obtentu ſibi vindicaverint maritimæ civitates, Vel etiam Inſulæ maris, poſtea videbitur: Sanè jus illud ſeu conſuetudinem illam, collapſâ Repub Românâ inſecutis temporibus, varia deinceps loca, provinciæ & civitates uſurpavêre: Teſtis Friderici Authentica *Navigia Cod. de furtis*: De utrâque Britanniâ, (majore & Armoricâ) ubi & *Varech*, alii efferunt *Farrecht* (id eſt, mercium colligendarum jus)

 dictum

dictum, dequè mari Germanico, ut & de Hiſpaniâ, Italiâque, ubi mos hic diu viguit, mox tamen vel abolitus vel temperatus, nolo ſingula nunc prolixè memorare, quod alii ex parte jam fecere, & ut audio, ſunt hodie, quibus hoc argumentum unicè propoſitum eſt. Vide ſaltem Argentræum *ad conſuetud. Britanniæ, tit. des Droits du Prince, art 56. nū. 44.* & Gryphiandū, *tractatu de Inſulis cap. 31. pag.* 493 494. 495 496 497.

Cùm ergo Naufragia, vel partem ſaltem ex his aliquam, ſibi Cycladum Inſularum ſervi publici jure quodam & conſuetudine maris *νόμῳ θαλάσσης* vindicarēt, quod æquitati alienū & humanitati cōtrarium Eudæmoni videbatur, ad Imperatorem neceſſario ab eo itum, & querelæ ab eo ad eum perlatæ: Quia ſcilicet de Conſuetudine earum, jurèq; adeò inſularum illarum Maris ageretur, & quia inter æquitatem júſque prætenſum, negotium iſtud ſeu controverſia nutaret, quæ ut Relationum plurimarum à Magiſtratibus ad Principem materies olim fuit (de quo propriè etiā accipio *l.* 1. *Cod. de Legibus*) ita & libellorum ſupplicum *ἀξιώσεων* à privatis Principibus oblatorum. Maneat igitur, *δημοσίους* hîc accipiendos eſſe *ſervos publicos civitatum & Inſularum*, non verò publicanos vectigalium juriumquè fiſci: De quibus ſi actum fuiſſet in ſpecie hujus l. vel Antonius aditus omninò non fuiſſet, vel certè aditus decreto ſuo rem illicó definiviſſet. Non tantùm argumento in commune

ducto,

decto ex ſanctiſſimis ejus moribus, quos poſtea memorabo, quiq; adeò illicò & abſciſè definivisſet, nolle ſe apud publicanos ſeu fiſcum ſuum compendium aliquod ex aliena calamitate redire, verùm etiam præjudicio *l.* 1. *Cod. de naufragiis*, quâ is diſcitè id definivit & abſciſè: Cùm contra, non omninò aut abſciſè hoc reſcripto ſuo, τῶν δημοσίων hàc in re morem & intentionem damnet, verùm controverſiam ſuper eo motam ad Legis Rhodiæ præſcriptum expendendam definiendamquè remittat. Quod & ipſum argumentum ſuperioribus addi velim, ut ex eo quoque conficiatur, per δημοσίους nõ hic publicanos fiſci accipiendos, verùm ſervos publicos Civitatum.

Expenſo hunc in modum κατὰ πόδας Eudæmonis ad Antoninum Imp. libello, ad id nunc progrediamur, quod nobis propoſitũ eſt. Igitur, claret jam ex iis omnibus quæ diximus, quæq; libello Eudæmonis continentur, Imperatorem Romanum maris dominum quoque fuiſſe; utpote, Eudæmon Nicomedienſis, 1. Mari *Naufragus* 2 *prædãq; paſſus*, 3. à ſervis publicis Cycladum Inſularum. 4 veterem in mari conſuetudinem, ſeu νόμον θαλάσσης, Naufragiis interveniendi prætendentibus. 5. Adverſus eos libello ab Imperatore opem poſcat. 6 quem & Κύριον ideò vocat; 7. Eo fine, ut is de lucro maris judicet. Nemo, puto, cujuſquam opem, ita, ut dixi, libello depoſcit, niſi quem

ſuprem ũ

ſupremum Dominum agnoſcit. Quod utiq; etiam, ut dixi, libelli ſui initio ſtatim profeſſus eſt Eudæmon, cúm dixit: Κύριε Ἀντωνῖνε: cui etiam mox Antoninus ipſe eandem vocem κύριος reponit, ſimul & admittit: Quare hinc illud jã in praxin deducatur, *Ex Libelli ſupplicis oblatione ſupremum quoque ejus cui libellus oblatus eſt, eà in re, quà de ſupplicatur agiturque, Dominium argui.*

Cap. VI.

De Rescripti Avctore, ejus Interpvnctione & Paraphrasi.

Rescriptvm *Imp. Antonini expenditur.* I. *Quiſnam* Antoninus *Imperator ſit in* hâc lege. *Quis item* θειότατος Αὔγουστος. *de Antonini Pii moribus quædam. Ex Imperatorũ moribus, judicium de eorum legibus, & è contrà. Fiſco ſuo non favit Antoninus Pius. Proconſulatum Aſiæ geſſit. Rhodum collapſam reſtituit.* II. *Vitioſa hujus legis interpunctio, &* στιγμὴ *poſt vocem* θαλάσσης, *ut & vitioſa cujuſdam emendatio.* III. *Vera Interpunctio, & Paraphraſis hujus Reſcripti. Vel ex his duobus Dominium maris ad Imperatorem ſpectaſſe ſatis probari.*

HACTENVS Eudæmonis libellus à nobis diſcuſſus eſt, & ex eo multis modis probatum, Imperatorem nihilo ſeciùs Maris atque Terræ dominum fuiſſe. Nunc veniat ſub manū Reſcriptū ſeu ἀπόφασις Antonini Imp. quo idipſum diſertiſſimè confici mox apparebit.

Ne quid verò excuſſum relinquamus, q̃ hanc ad rem noſtram vel minimum faciat, videndum prius eſt, quiſnam ſit Imperator *Antoninus*, cū ejus nominis plures fuerint? Quis item θειότατος Αὔγουστος, qui *fine l.* memoratur? Igitur cúm ſuprà oſtenſum ſit, Voluſiū Mæcianum ſub Antonino Pio τῷ πρεσβυτέρῳ, ut & ſub Marco Antonino τῷ δευτέρῳ (ita enim eos diſtinguit Pauſanias) vixiſſe, neq; alii Imperatores Antonini præter hos duos ātceū extiterant, neceſſe eſt hic Antoninū qui ab Eudæmone libello aditus ſuit, cujúſq; ad eum Reſcriptum hâc lege continetur, Antonium Pium intelligi, mox veró *fine* legis θειότατον Αὔγουστον eſſe *Auguſtum*, ſui temporis θειότατον Αὔγουστον, non eſt *Divus Imperator* quod de mortuo & conſecrato, ut volebant, dici ſolebat, verùm *Sacratiſſimus* Iam enim hoc tempore, ut odioſum Κυρίου antea nomen, ita & ominoſum ſermè prius θειοτάτου Imperatoribus liberè tribuebatur Eſt proinde gravis etiam Cuiacii & Balduini, aliorumque, error,, qui per θειότατον Αὔγουστον hic *Auguſtum Octavianum* Imp. intelligebant. Qui error & alias ſæpe admittitur, ob *Auguſti* appellationem, quæ

omni-

omnibus Imperatoribus cōmunis eſt: adeò quidem, ut nonnulli etiam graviſſimo errore *Legem* 1 *Cod de naufr* cui in nonnullis Codicibus *Auguſti* tantum nomen inſcriptum eſt, Auguſto Octauiano tribuant, cùm ea ſit *Antonini* Auguſti. Certè de Auguſto Octaviano *θειότατον Αὔγουστον hac lege* accipi nō poſſe, duobus argumētis conficitur. Primò quidem, quia Tiberius Claudius (uti poſtea oſtendetur) primus Imperatorum extitit, qui Leges Rhodias nauticas firmavit: Secundò patet id quoque, ex ordine ſeu ſerie ipſâ hujus legis: poſteaquam enim Mætianus Antonini (Pii ſcilicet) reſcriptum, quo de nunc agimus, propoſuiſſet, mox ſubjicit, *hoc ipſum & ſacratiſſimum Auguſtum conſtituiſſe*, poſtèrius ſcilicet, ſeu poſt Antoninum Piū, & ſic Marcum Antoninum: alioquin, ſi de anteriore, Auguſto Octaviano, ſenſiſſet, ab eo utique initium duxiſſet Mæcianus, mox ſubjeciſſet, *hoc ipſum & Antoninum Auguſtum ſtatuiſſe.*

Habet igitur, ut eò redeam, Reſcriptum, quod continetur in lege *ἀξίωσις*, Antoninū Pium Imp. auctorem, de quo Principe in rē noſt am nonnulla delibari notaríque cupio. Primò, ſummam ejus civilitatem & æquanimitatem fuiſſe, quam & id ò veteres tantoperè in eo commendārunt. Quod etſi vulgatum, aſſiduè tamen animis obverſari velim conſtitutiones ejus legentium, ut eò certiùs de earum mente judicari, certiorque ad eam Interpretatio adhiberi poſſit. Quod &

& cæteroquin in aliorum Imperatorum cõſtitutionibus interpretandis obtinet: Ut iterò ex eorundem conſtitutionibus, de moribus actibusque eorum judicium faci è fieri poteſt. Nam quod vulgò jam dicitur, *teſtamentum eſſe animi cujuſque mentiſque ſpeculũ*, id de Principum coſtitutionibus dici meritò poſſit: ſicut ex iis, neque aliunde temerè magis, de cujuſque moribus judicium fieri ferri è oportear. Inter alia verò Civilitatis Antonini *Pii* argumenta, id cũ maximè notari cupio, quòd fiſco ſuo is nõ ſaviſſe, ſiendòq; maximè abſtinuiſſe dicitur, ac nominatim, quòd Procuratorũ ſuorum, (ac proinde & publicanorũ) cupiditatem fregerit: quod præter conſtitutiones ejus quamplurimas, ut & Capitolinum, qui vitam ejus ſcripſit, oſtendit inſignis Pauſaniæ locus, *in Arcadicis p.* 273. Quo etiam argumento jam ſuprà effecimus, in libello Eudæmonis δημοσίους non eſſe publicanos fiſci accipiendos, verùm *ſervos publicanos* Civitatum ſive Inſulanorum: Nã ſi de publicanis in ſpecie hujus legis actum fuiſſet, non ad legem Rhodiam Antoninus rem rejeciſſet, verùm eâdẽ æquanimitate aduerſus publicanos, quâ adue ſus fiſcum *l* 1. *Cod. naufragiis* certi quid reſcripſiſſet. Secundò, de Antonino Pio & id quoq; prænotari velim, fuiſſe eum ante Imperium Aſiæ Proconſulem, (in quâ erant & Cyclades inſulæ, & Rhodus, de quibus *hac lege* agitur) quã & provinciam ſanctiſſimè admi-

adminiſtravit, eodem Capitolino teſte, & Philoſtrato, *in vita Polemonis*. Imò & Marciano lib. 2. de publicis Iudiciis, *in l. D. Hadrianus 6. ff. de cuſtod. & exhibit. reorum*. Sed *& caput*, inquit, *mandatorum extat, quo Divus Pius cum provinciæ Aſiæ præerat, ſub Edicto propoſuit, ut Irenarchæ cum apprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis & receptatoribus &c.* Poſtremò & id de eodem Antonino Pio notari cupio, cum Rhodum ipſam ingenti terræ motu cõcuſſam ſeu collapſam inſtauraſſe, de quo Pauſanias, *Corinthiac. pag. 50. Achaicorum pag. 277.* & Ariſtides, *Oratione 25. pag. 340.* & *initio Orationis* 18. & *Oratione de Smyrnà pag. 295* & Capitolinus *in ejus vitâ p. 20.*

His ita, neque extra oleam prorſus, præmiſſis, ut ex ſequentibus apparebit, ad Antonini Pii reſcriptum redeamus: ex quo id vulgò perperam effici putant, *Imperatorem Continentis quidem ſeu terræ dominum fuiſſe diciique, at non & Maris, cujus non Imperator, verùm Lex, & Rhodia quidem, ut nonnulli ῥητῶς volunt, domina fuerit*: diviſo, ſi Deo placet, inter eam & Imperatorem dominio ſeu imperio, velut inter Iovem & Neptunũ. Quod quidem ex falſà potiſſimùm Interpunctione hujus Reſcripti evenit: ſic, ut vocem quoque κύριος ad poſteriora illa, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης á ſuperioribus velut ἀπὸ τοῦ κοινοῦ arceſſendã putarẽt; quaſi ita ſcriptũ eſſet, ἐγὼ, μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος κύριος τῆς θαλάσσης. Quã interpunctionem & inter-

pre-

pretationē vel proximè ſequentia reſpuunt: nam ſi ut illi volunt, poſt vocem θαλάσσης, πλεία στιγμὴ, ſeu ut Barbari Interpretes loquuntur, punctus ponitur, ſeu periodus abſolvitur, certè ſequentia nō habent cū quibus connectantur. Quid enim erit *illud*, quod lege Rhod. â judicandū dicitur? Certè poſt ὧδε in continenti, ad ſenſum integrādū ſine ullâ interruptione ac diſtinctione uno ſpiritu ſequi debet altera particula ἧ, quæ huic reſpondet. Quod ſanè cùm perſentiſcerent, etiam ex ὁμοδόξων, (id eſt, eorum qui in ſūmâ rei nobiſcum ſentiunt) nonnulli, varia admodū commenti ſunt, quibus certo quodam vinculo poſteriora prioribus cohærerent, ſuppletis quibuſdam vocibus, vel voce, in quâ, *Id* ita, *lege Rhodiâ id judicetur*: vel voce *qua*; ita, *qua lege Rhodia judicetur*: vel etiam legis verba emendârunt, inter alia pro ναυτικῷ repoſitâ voce κοινωνικῷ. Quod etiā qui *de modo uſurarū* poſt hæc à me edita ſcripſit, voluit. Quæ ut omnia ferri nō poſſunt, quia ſulcam nobis ſemper relinquunt ſententiā, ita neque poſtremum iſtud admittendū eſt, ſed retinenda omninò lectio, τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω: Nempe enim id his verbis indicatur, Legem Rhodiam nauticā nominatim hoc Reſcripto firmari ab Antonino, ſoliſq; legibus Rhodiis Nauticis auctoritatem tribui, (quomodo & in nonnullis Pauli ſententiarum libris titulus ita conſcriptus eſt, *ad L. Rhodiam de Nauticis*) at non aliis Legibus Rhodiis, etſi in com-

mune

nne alioquin Rhodii ἀνομίᾳ censebantur

Nos igitur verã hujuſce legis Interpũctionẽ, ſimul & *I*nterpretationem ſtatim expromamus quo hũc æſtũ fermè omnẽ abſolvemus: Interpũctionẽ, inquã, quã dudũ rectè vidit & probavit *Sãctiſſimæ mẽoriæ Parẽs meus*, & deinceps introſpexerunt quoque Viri alii Clari, nonnulli, qui nondum certam Interpretationẽ *ἀσφαλῶς* figerent, repererũt. Igitur, continuo ſpiritu ita hic locus legendus eſt: *Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω.*

Quæ etſi ita ſponte ſuâ fluant, apertamq́; adeò ſatis per ſe ſententiam habere poſſent, exindéque manifeſtè appareat, quid quantùmve ſibi Imperator Antoninus tribuat, nempe totius orbis Imperium: quid viceverſâ legi Rhodiæ tranſcribat, judicandum videlicet tantúm Ius Maris à Iudicibus juxta legem Rhodiam Nauticam, paraphraſi tamẽ id hac facillimè illuſtrabitur: Quaſi Imperator in hæc verba reſcripſiſſet: *Non improbè quidem à te factum, Eudæmon, qui me libello adieris, quique adeô poſt caſum naufragii prædã in mari paſſus, & Icario quidem, maris Ægei, (quod juris quoque mei eſt parte, remedium adverſus eos, quos prædatores è Cycladibus Inſulis (quæ & ipſæ ſub Imperio meo ſunt) prætendis, à me petis, quaſi ab orbis totius, atque adeò & Maris* [illegible] *domino, quiq́; proinde Maris quoque ſeu marinis nauticiſq́; controverſiis*

tis ita ponere poſſim , quod & ipſe libelli tui ngreſſu ſtatim profeſſus es cùm me Dominum Orbis *vocaſti, Quod & verum eſt , Ἐγὼ μὲν,* nquit τῦ κόσμȣ κύριος. *Attamen* (hæc jam ecunda Reſcripti pars eſt) *non eſt quòd hoc ne nomine tu vel alius adeatis vel compelletis: unt enim publicè poſita leges Rhodia Nautica, eu de Nauticis, ex quarum præſcripto nautica controverſia judicentur, atque adeò ius Maris lefiniatur, quas in hujuſmodi negotiis obtinere volo.* Ἐγὼ μὲν τῦ κόσμȣ κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω

Quæ cúm ita ſint, manifeſtó jam ſatis apparet , Antoninum imperatorem hoc Reſcripto , Maris Imperatorem apertiſſimè ſibi vindicaſſe.

CAP. VII.

VERBA ſingula Reſcripti expenduntur.

SPECIALIS *Reſcripti explicatio : in id potiſſimum, ut Dominium Maris Imperatori hoc Reſcripto adſeri magis probetur. Voces penè ſingula in id expenſa quod vulgò non æquè fit.* Κόσμος *Mare Complectitur.* Mūdi Dominus *quo ſenſu dicatur Imperator. Inanes ejus rei*

occaſio

occaſione quæſtiones & ſententiæ 2 Δὲ quo ſenſu voci μὲν in h. l. *opponatur.* Δὲ *pro* tamen. *Principis & νόμου non ſunt ſeparatæ poteſtates, ſed ſubordinatæ.* 3 Νόμος τῆς θαλάσσης *quid?* Ius *maris* 4. Iudicium, *non Imperium maris legi Rhodiæ tribui* h. l. *Nihil definiri hoc Reſcripto : Remitti tantum negotium ad Iudicem, regulâ quadam et præſcriptâ.* Κρίνεσθαι νόμος *quo ſenſu.*

VEL ex ſolà Reſcripti Antoniniani Interpunctione, ſimul & Paraphraſi, quas ſuperiori capite edidimus, ſatis perſpicue liquere jam autumo, tantum abeſſe, ut Antoninus Imp. eo Reſcripto Imperatorem ſeſe Maris negaverit, ut contrà apertiſſimè omnium id ſibi vindicet. Verùm id ſpecialiùs adhuc nobis nunc probandum eſt, ducto per ſingulas penè voces, quæ ibi occurrunt, tractatu: Quarum ſingularem vim, quia ἑτερόδοξοι vel omninò non intellexerunt, vel minùs attenderunt, ideó nō in diverſa tātùm à nobis ivêre, verū & in diverſas penè ſinguli ſententias deducti ſunt Voces veró hæ ſunt. 1. κόσμος ibi, ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος. 2. vox ȷ, quo videlicet ea ſenſu particula μὲν hìc opponatur. 3. vox νόμος ibi, νόμος θαλάσσης 4. Denique vox κρινέσθω ibi, τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων ἐν οἷς μὴ τῶν ... κρινέσθω. Eas igitur nunc ſingulas expendere juvat, ut ita ex iis omnibus pateat, quàm verum & conſtans ſit illud, Antoninum Imp. hoc Reſcripto ſuo, maris Imperium ſibi vindicaſſe.

Primò

Primò igitur diſertis verbis Antoninus ſeſe κύριον τοῦ κόσμου vocat, id eſt, *totius orbis* (Romani ſcil.) *Dominum*: Nolo nunc id urgere, quod multi ſciſcunt, & in his Gregorius Cyprius *in Laudatione maris*, negantque mare continentem dividere, quin potiùs συνάπτειν τὰς ἠπείρους καὶ εἰς ἄκραν ἕνωσιν ἄγουσας ποιεῖν. Κόσμος certè (quod mirum non attendiſſe ex ὁμοδόξοις quoque nonnullos, etſi tritum maximè) in *hac lege* non Terram ſeu Tellurem & continentem tantùm ſignificat, quaſi Antoninus Imp. Terræ Dominũ tantùm ſeſe dicatur quà Mari opponitur verùm orb ẽjam totũ, & quidem Romanum, quo & mare comprehenditur, unde & mare, *mundus profundus*, Ovidio lib. 11. ubi de Neptuno & Apolline:

Cùmque tridentigero mundi genitore profundi.
Mortalem induitur formam.

Civilis ſcilicet hæc Κόσμου ſignificatio eſt, ſi σύστημα ſit τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, & utrumque ſub ſe comprehendat: cùm alioquin etiam naturalis κόσμου ſignificatio latiùs adhuc ſe porrigat, & univerſam rerum naturam ſeu univerſitatem deſignet, omnem deinque ſocietatem cœli & terræ, & naturæ, quæ uniusque ſunt, σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τοῖς περιεχομένων φύσεων. Tantum ſcilicet abeſt, ut pro ſolâ continente ſeu terrâ κόσμος hîc accipi debeat. Ergo Antoninus ſeſe *Mun-*

 Domi-

Dominum, & ſic maris quoque, vocat. Quomodo & Conſtantius Imp. vocatur in baſi Obeliſci.

At Dominus Mūdi Conſtantius omnia fretus
Cedere virtuti.

Et apud Marcellinum *lib.* 19 *pag.* 147. *Noſtri virtutes Conſtantii Cæſaris extollentibus, ut Domini rerum & Mundi.* Et *lib.* 23. de Iuliano, *tanquam Mundi nationumque* ſuarum *Dominum adorârunt Iulianum.* Quum aliàs Impp. *Orbis terrarum Domini* vocentur eodem ſemper ſenſu: quia *Orbis terrarum* Mare quoque circumfluum complectitur. Quare & Procopius diſertè *lib.* 1. *de ædificiis*, orbem πόλον, in manu ſtatuæ Imp. poſitum fuiſſe ait, παραδηλῶν ὁ πλάστης, ὅτι γῆ τε αὐτῷ καὶ θάλασσα δεδούλωται πᾶσα.

Ex quibus illud interim quoque elucet, Antoninum *Dominum Mundi* ſeſe vocare, non hyperbole quadā, ita κόσμου κύριος vocatur, ut οἰκουμένης vox uſurpatur, pro Imperio Romano: ſed neque etiam odio tantùm publicanorum, & tumore quodam; & ut cenſuram in eos erigeret, quod quidam, Principum ſuorum cauſam jure licèt vindicantium, ut ab hac lege ſeſe expediant, cenſent, atque adeò dicto ejus minimè credendum pronunciant, veluti in causâ ſuâ teſtificanti. Quæ omnia frigidiſſima ſunt Ignei commenta. Vice versâ, ex ſuperioribus apparet, non Orbem terrarum, totus quantus is eſt, hîc accipiendum, quæ alioquin affaniæ ſunt & intemperi-

temperiæ quorundam Interpretum, verùm propriè & limitatè ad Orbem Romanum per Synecdochen integri. Quomodo & in ſacrâ Scripturâ paſſim *Mundi* appellatiò latitudine quadam Oeconomicâ effertur: quia ſcilicet Rom. Imperium latiſſimè diffuſum, *Mundi*, & *Orbis*, & οἰκουμένης appellatione veteres deſignavêre, utpote, quòd Imperium Romanum ambitu ſuo orbem illum complectebatur: Perperam verò imò ſtolidè id hodie traheretur ad eas provincias Regnave, quæ vel Imperii Romani nunquam fuerunt, vel certè extincto jam Imperio Romano, in propria Regna ditioneſque abierunt ſeu conſurrexerunt: In quâ alioquin quæſtione verſantur, ut inani labore, ita pravâ ambitione aliquammulti. Et hæc de vocibus, ἐγώ μὲν τοῦ κόσμου κύριος.

Secundo loco ſequitur vocula, δὲ ibi, ὁ δὲ νόμος, quam alioquin ipſam & hîc vrgent: ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, &c. Ea verò particula σχετικὴ non eſt hîc adverſativa, multò minus reſpectu Imperii, quaſi eâ indicetur, ad Imperatorem quidem Imperium terræ pertinere, Imperium *verò* Maris, ad Legem: uti viceversâ non eſt ea nudè adſertiva, verùm δὲ hic eſt tantùm diſcretiva, & oppoſita particulæ μὲν, quo ſenſu vox *attamen* voci *equidem* opponitur. Eſt, inquam, vocula μὲν hîc juris indubitati & certiſſimi nota, δὲ verò ſubjecta voci μὲν nota eſt de ſummo jure ſuo & ἄκρᾳ ἐξουσίᾳ aliquid remittentis. Et ſic non continet ea oppoſitio-

nem ſeu diviſionem juris & Imperii inter Principem & Legem, inter Terram & mare: verùm Rigoris ſummiq; imperii & συγκαταβάσεως, ſeu indulgentiæ cujuſdam ſpeciem.

Et ſanè, quod & hic ſpectari cupio, ecquis unquam fando audivit, imò perridiculum, ut *Princeps* & *Lex* inter ſe ita opponantur, quaſi diverſarum & diviſarum inter ſe partium aut poteſtatum? Leges enim, puto, ut ὄργανον ſeu inſtrumentum gubernandi in Repub. habentur, per quas Princeps orbem regit & temperat, atque ubi Princeps non eſt, νόμος loco Principis eſt, teſte Ariſtotele *in Politicis*: Princeps verò ipſe rector eſt, τὸ ἀρχιτεκτονικὸν & per Leges in orbe dominatur. Denique non ſunt hæc in Repub. inter ſe ἐναντία, verùm ſubordinata: Ita quidem, ut concurrentes habeant poteſtates, non diviſas. Quâ causâ & princeps, ſeu magiſtratus, νόμος ἔμψυχος eſt, ſeu Lex loquens, uti contrà lex, mutus Magiſtratus, teſte Ariſtotele, & Cicerone, & Juſtiniano Novellâ *de Conſulibus* 105. Ergo δὲ hìc valet idem, quod ὅμως, *tamen, nihilominus*. Ut omninò ſenſus hic hujus loci: *Ego quidem totius Orbis (& ſic maris quoque) dominus ſum, legeſque adeò ei imponere poſſum, & nihilominus tamen id ultro largior, ut controverſia Maris ex præſcripto Legis Rhodiæ, quæ in commune poſita eſt, diſcingantur, ac non etiam peculiare à me ſuper aliquo Maris jure prætenſo reſcriptum expectetur.*

Tertiò

Tertiò notandum, quod & ipſum inter cætera ignoratum communi errori anſam, & vel maximè, præbuit, νόμον θαλάσσης, hîc non ſignificare θεσμὸν, id eſt, *Legis* ſeu ſanctionis ſpeciem aliquam, quo ſenſu vulgò νόμος accipitur, & quidem mox νόμος Ῥόδιος ναυτικὸς quaſi hujus legis hic ſenſus ſit, orbis quidem dominum eſſe Imperatorem, verùm Maris, Legem & quidem Rhodiam. Nam imò νόμος hîc eſt, quemadmodum apud Græcos accipitur, Ius quod ex more, vel Lege deſcendit συνήθεια: ac proinde νόμος θαλάσσης hîc eſt, Ius quod in Mari obtinere dicitur, de quo cùm ambigitur, controverſia jam maris enaſcitur, ut in ſpecie *hujus legis*. Quare & ita Græci hunc locum expreſſerunt. τὰ ναυτικὰ πάντα καὶ ὅσα κατὰ θάλασσαν κρίνεται: Iidémque ναυτικὰ ζητήματα vocant. In hujus verò Legis ſpecie nominatim νόμος θαλάσσης eſt *Ius Maris* peculiare quoddam, quod Cyclades Inſulæ ſibi vindicabant, more legéque quadam peculiari: ſic ſanè & νόμοι τοῦ πολέμου dicuntur Polybio *lib*.2.*p*.144. ſeu *Ius belli*, Auguſtino *de Civit.Dei*, aliis. Aliaque ſimilia. Quare nec erat quod Viro doctiſſimo mirum videretur aut inſolens, imò balbutiem & ſtribliginem hîc notaret, adeóque alienum videri ut non putaret diutius in eo confutando morandum, ut in hâc eâdem lege tam paucis verbis νόμος alio atque alio ſenſu efferretur, cùm Antoninus quoq; & tertio ſenſu de ſui Principis quoque legibus νόμου vocem uſurpet ἐν αἷς μήτις τῶν ἡμετέρων νόμων

αὐτῷ ἐναντιοῦται. Nempe νόμος primo loco eſt jus moſque prætenſus in mari, ſecundo Lex generalis Rhodia, tertio Lex ſpecialis Principis. Denique νόμος dicitur quidquid juris ſive ſpeciem ſive vim continet θεσμὸν καὶ συνήθειαν vel Heſychio teſte.

Non igitur νόμος θαλάσσης hîc eſt, Lex aliqua, verùm quomodo Græci νόμον effecerunt: Ius in Mari quod vel ex Lege vel More aliquo deſcendit. Quod ex eo quoque apparet, quod dicitur νόμος hic κρίνεσθαι, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω. Scilicet *Ius* prætenſum in Mari, ſecundum Legem Rhodiam rectè judicari dicitur, & verò ſecundùm Legem omninò judicari oportet, uti jura omnia à quoquam prætenſa legi ſubſunt. Denique tale illud eſt, quaſi dixiſſet Antoninus Eudæmoni, *quam tu prædam vocas, eam fortè* δημόσιοι *Cycladum inſularum* Maris Ius *faſque nominant, & quidem ex lege Rhodiâ: quare adite Præſidem provinciæ, qui ſecundùm Leges Rhodias hanc controverſiam judicaturus eſt, quidque in Maris jure obtinere debeat definiturus.* Quare candida hîc omnia & aperta, neque quicquam involutum aut αἰνιγματῶδες, quod credidit Vir doctiſſimus.

Ergo (quod quarto loco notandũ) non Imperium maris hac lege, Legi & quidẽ Rhodiæ adſcribitur, verùm Iudiciũ tantùm κρίμα, ſecundùm eam fieri jubetur: κρινέσθω, inquit, τῷ νόμῳ Ῥοδίων: pro quo Harmenopulus & Docimus voce δικάζεται & τέμνεται quoque rectè

recte utuntur. Denique Reſcriptum hoc nihil aliud eſt, quàm mera nudaque remiſſio ad forum Iudicemque ordinarium, qui non exquiſitâ ſententiâ Principis (ſive libello, ſive relatione) ſecundùm leges Rhodias controverſias nauticas judicare neceſſe habet, vel ipſe definire ſatis poteſt. Breviter, his verbis Rectoris provinciæ officium inſtruitur, quid, inquam, ſequi eum oporteat in judicandis maritimis controverſiis. nempe, ut ſecundùm legem Rhodiam nauticam judicet, τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων τῷ ναυτικῷ &c. ſeu κατὰ τοὺς Ῥοδίους νόμους, ut habent Harmenopulus & Docimus. Ubi additum τῷ ναυτικῷ, quia ſcilicet & aliæ leges Rhodiorum erant, eaque lex ſignatè hic indicatur, quæ de rebus nauticis erat, quamque Romani probaverant, cujus quoque pars fuit lex Rhodia *de Iactu*: ut proinde nonnulli alii, & poſteà Vir doctiſſimus, hic τὰ ναυτικὰ reponere non debuerint loco τῶν ναυτικῶν.

Et quidem (quod & ipſum notandum) ex merâ Principis auctoritate & Imperio: κρινέσθω, inquit: ſcilicet hoc quicquid poteſtatis habet lex Rhodia, habet ex indulgentia, delegatione, & beneplacito Imperatoris, ita jubentis-volentis. Quod & deinceps nobis paulò latiùs probandum, Hiſtoriaque adeò ejus rei accuratiùs renovanda erit.

Vbi priùs dixero, ex *hac lege*, & iis quæ deinceps dicemus, apparere, quàm erronea ſit eorum ſententia, qui *hac lege* Legem

Rhodiam tanquam peſtiferam abrogatam volunt,quæ tam apertè tamen probatur firmaturq; etſi mox ſuos intra terminos ea coërceatur.

CAP. VIII.

De AVCTORITATE legis Rhodiæ.

RHODII *ſub Imperio Romano egêre: Non igitur ipſi Leges ſuas vi Imperii obtruſêre. Rhodiarum* Legum *auctoritas ab Imperatorum auctoritate tota pependit. Auctoritas Legibus Rhodiis præfixa.* Auctoritas *quid? Auctoritates in commune Legum collectionibus præmiſſæ. Auctoritatis ipſius Legis Rhodiæ inſtrumentum per pericopas diſtinctè proponitur. Verſio ejus nova. Ecloga ea tantùm eſt, non integra Auctoritas. Inſcriptio non congruit eclogæ.* Octo *in univerſum Imperatores in eâ qui Leges Rhodias firmarunt. Cur Macianus Antonini reſcriptum potiùs quàm aliud in rem ſuam uſurpârit. Aucta ea Auctoritas ſubinde. In hac Eclogâ ſignari potiùs res quàm integrè narrari.*

SVPERIORE capite diximus, Legem Rhodiam Nauticam, quantamcumque ea habuit

habuit auctoritatem, habuiſſe eam à ſingulari Imperatorum Romanorum indulgentiâ: Id verò nunc prolixiùs adhuc demonſtrandum eſt: Scilicet ita comperio, Rhodios jam olim δυνάμει κὴ ἐπιμελείᾳ περὶ τὰ ναυτικὰ excelluiſſe, adeoque nauticum populum habitum, ut cum vocat Florus *lib. 2. cap. 7.* ut quemadmodum aliàs navigandi peritiæ plerumque etiam imperium maris θαλαττοκρατορία cohæret, ita & Rhodii Maris Imperium dominiumque ſuo tempore tenuerint: de quo videndus ſaltem Cicero, *pro L. Maniliâ*, & Strabo, *lib.* 14. *pag.* 448. Sed & illud ſecũdò notandum, ut navigandi peritię θαλαττοκρατορία fermè conjuncta eſſe ſolet, ita & νομοθετικὴν quoque ſæpe cohærere; puta ut ab iis potiſſimùm penes quos jus maris navigandique peritia maximè eſt, & jura nautica condantur, indéque alii populi haud gravatè petant quod Rhodiis quondam evênit, qui legibus nauticis quoque inclaruêre. Quomodo obſervo & in Septentrionali Oceano in Gothlandiæ inſulæ urbe antiquiſſimâ Vuiſbeâ leges Nauticas (*VVaatterecht* vocant & *VVisbys ſchiffrecht*) conditas communi mercatorum & nautarum conſenſu. Unde liber, cujus titulus linguâ Saxonicâ *Vaatterecht dat de Koplude vnd Schippers gemacket hebben tho VVisby.* Inde porrò Lubecam id translatum, ut pote Hanſeaticarum primam: cujus ſtatuta præ cæteris olim in pretio habita, in quæ commentarii extant Ioannis Librandi: Unde plurimæ civitates maritimæ

jure Lubecano uſæ. Inde igitur factum quoque, ut Romani ipſi jam rerum domini Rhodiorumque potentes, etſi ſuâ quadam libertate, & αὐτονομίᾳ utentium, Leges Rhodiorum Nauticas in controverſiis marinis obtinere Lege latâ voluerint: Non ſtatim quidem, ut Caſſius & Antoninus Rhodo potiti ſunt, verùm initio primùm ducto à Tiberio Claudio, & ab inſecutis deinceps quamplurimis Imperatoribus, è quorum numero fuêre Antonini, de quibus in l. ἀξίωσις. Proinde, quantamcunque leges Rhodiæ auctoritatem habuerunt, eam ab Imperatoribus accepêre, ſub quibus & Rhodii erant. Nam quomodo quæſo Leges Rhodiorum vim ſuam & Imperium exercere potuerint jure quodam proprio, cùm ipſi jam in alienas Leges iverant, ſeu alieni juris facti fuerant? Sunt hæc ni fallor, ἀσύςατα, Leges ſuas obtrudere ubi in alienas quis Leges Imperiumque venit. Ergo ab Imperatorum poteſtate legem Rhodiarum vis tota pependit, inde ut Claudius exemplum ſtatuit. Quod & ipſum firmari ſubinde deinceps ſive contigit, ſive oportuit.

Extat verò eâ de re eximium Fragmentum quod *legibus Nauticis* hodie præmittitur, quo Auctoritas, ſeu legum Rhodiarum confirmatio continetur: *Auctoritas*, inquam, proprio vocabulo: Nam cùm aliàs *Auctoritas* pro quovis Magiſtratuum Edicto, Principumque conſtitutione ſumatur, quod & Codex Theodoſianus & Symmachus oſtendunt,

dunt, ἰδίως tamen pro eo conſtitutionum genere accipitur, quæ libris Legum auctoritatem ſeu *αὐθεντίαν* tribuunt. Sic ſane & aliis *συναγωγαῖς*, ſeu collectionibus & Codicibus ſuę quędam Auctoritates pręmiſſę olim fuêre, id eſt, Conſtitutiones quibus eæ firmarentur. Sic Theodoſiano Codici, Novellæ *de ejus Auctoritate* tres additæ: Sic & Iuſtinianeo, Conſtitutio *de confirmando Codice*: Sic & Breviario Alariciano, *Auctoritatis exemplar* præfixum. Sic & conſtitutio quæ Inſtitutionibus præmittitur, nil aliud eſt, quàm Auctoritas: unde & Theophilo dicitur ea, διάταξις βεβαιοῦσα τὰ Ἰνστιτοῦτα. Sic & Anianus ad *l. un. C. Th. de teſt. Pr.* meminit Authoritatum quib. Cod. Gregorianus & Hermogenianus confirmatur. Eodem igitur exemplo, & Auctoritatis exemplar legibus Rhodiis olim prefixum fuerat, & id quidem è variorum Principum ſanctionibus conflatum.

Id verò totum quale hodie extat, hîc ſemel apponere juvat, & diſtinctis quidem pericopis, unà cum genuinâ ejus, ni fallor, interpretatione.

Νόμος Ροδίων ναυτικὸς, ὃν ἐθέσπισαν οἱ θειότατοι Αὐτοκράτορες, Τιβέριος, Ἀδριανὸς, Ἀντωνῖνος, Περτίναξ, Λούκιος Σεπτίμιος, Σεβῆρος, ἀεισέβαστοι.

1. Τιβέριος Καῖσαρ σεβαστὸς ἀρχιερεὺς μέγιστος δημαρχικῆς ἐξουσίας λβ. Εντυχόντων μοι τῶν ναυτῶν, τῶν ναυκλήρων, καὶ τῶν ἐμπόρων, ἵνα τὰ ἐν θαλάσσῃ συμβολὴν ἐρχέθωσαν.

Ἀποκριθεὶς ὁ Νέρων εἶπε: Μέγιστε, σοφώτατε καὶ φαιδρότατε Τιβέριε Καῖσαρ, τὰ ὑπὸ τοῦ σοῦ μεγέθους καθιστάμενα, ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι ἐνδείξασθαι οὐδέν.

Διήγημα. Παρεπέμψης ἀκριβῶς ἐν Ῥόδῳ, ἐπιζητῆσαι καὶ ἀναθέμενος τὰς πράξεις τῶν ἐμπλεόντων ναυκλήρων καὶ ἐμπόρων καὶ ἐπιβατῶν, καὶ ἐνθηκῶν καὶ κοινωνῶν καὶ πλοίων, ἀγοράσεων, καὶ πράσεων, καὶ ναυπηγικῶν ἐργασιῶν, παραθηκῶν τε χρυσίων καὶ ἀργυρείων καὶ εἰδῶν διαφόρων.

Ταῦτα πάντα ψηφοθεματήσας Τιβέριος, καὶ σφραγίσας τὰ ἔδωκεν Ἀντωνίνῳ φαιδροτάτῳ ὑπάτῳ καὶ ὑπατικοῖς τοῦτον προσταγορεύουσιν ἐν τῇ πανευδαίμονι καὶ κορυφῇ τῶν πόλεων Ῥώμῃ.

2. Ἐπὶ ὑπάτων Λαύρου καὶ Ἀγριππίνου φαιδροτάτων. οὗτοι προσήνεγκαν μεγίστῳ καὶ Αὐτοκράτορι Οὐεσπασιανῷ ὃς καὶ αὐτὸς σφραγίσας ἐπὶ τῆς λαμπρᾶς συγκλήτου.

3. Οὔλπιος Τραιανὸς ἀπέλυσεν εἰ δὲ τὸν νόμον τῶν Ῥοδίων ἅμα τῇ σφαιδροτάτῃ συγκλήτῳ.

4. Ἀλλὰ μὴ [μὴν] καὶ Ἀντωνῖνος τῷ ἀξιωθέντι εἶπεν. Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται.

τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν.

Lex Rhodia nautica, *Quam firmarunt Sacratiſſimi Imperatores Tiberius, Hadrianus, Antoninus, Pertinax, Lucius Septimius Severus, ſemper Auguſti.*

1. *Tiberius Cæſar Auguſtus, Pontifex Maximus, Tribunitia poteſtat.* XXXII. *Supplicaverunt mihi nautæ, navicularii & negotiatores, ut qua-*

ut quacunq; in mari contingunt, in collationem venirent.

Oratione *ſumptâ Nero dixit*: *Maxime, Prudentiſſime, & Illuſtriſſime Tiberi Cæſar Nihil neceſſe duco commendare ea, quæ à Magnitudine Tuâ hactenus conſtituta ſunt.*

Narratio. *Mitte qui diligenter* Rhodi *inquirat & adnotet ea quæ obſervantur circa navigantes, nautas & navicularios, & negotiatores & vectores, & merces impoſitas, & ſocietates, & navigia, & emptiones-venditiones, & navium fabricam, & depoſita auri & argenti, aliaſque diverſas ſpecies.*

Hæc omnia Tiberius decreto firmata ſignataque tradidit Antonino Clariſſimo Conſuli, & Conſularibus qui ad ipſum ſalutatum venerant, in feliciſſimâ arceque (omnium) urbium Româ.

2. *Lauro & Agrippino Conſulibus clariſſimis. Hi obtulerunt Maximo Imperatori Veſpaſiano: Qui & ipſe [ea] firmavit in Ampliſſimo Senatu.*

3. *Vlpius Trajanus legem Rhodiorum obtinere ſivit, unà cum Ampliſſimo Senatu.*

4. *Sed & Antoninus ſupplicanti cuidam reſpondit. Ego quidem Mundi Dominus ſum; Ius verò Maris lege Rhodiorum nauticâ judicetur, in quibus ei legum noſtrarum aliqua non adverſatur.*

Hoc ipſum & Sacratiſſimus Auguſtus conſtituit.

HActenus *Authoritas*, quæ & Legibus Rhodiis olim præmiſſa fuerat, & hodie

quoque leges Nauticas præcurrit. Antequam verò eam per partes expendo, circa eam ſequentia priùs obſervari cupio. Primò quidem, non eſſe id exemplar integrum Auctoritatis illius, verùm Eclogam tantùm ejus, unde hæc pauca eo ſæculo quo Eclogis maximè indultum, & epitomandi mos per omnes bonos auctores graſſabatur, ſive Michaël Pſellus, ſive quis alius, Nauticarum legum collectioni præmittēda putavit: quod ut ex ejus lectione ſatis patet, ita ſequentes etiam obſervationes magis adhuc oſtendent.

Secundò igitur notandum, ita Auctoritatis integræ hanc Eclogā quandā tantùm eſſe, ut neque Inſcriptio ejus eclogæ ipſi omninò conveniat. In inſcriptione quippe & alii quidam, poſteriores adhuc, Imperatores, qui legib. Rhodiis robur addiderunt, memorantur, quorum in ipsâmet Eclogâ nulla mentio fit, veluti *Adriani*, *Pertinacis*, *Severi*: Retro, in Eclogà nonnulli memorantur, qui in ἐπιγραφῇ non apparent, puta *Veſpaſianus* & *Trajanus*: Quibus ſi addas jam tres, qui utrubique memorantur, *Tiberium* (Claudium ſcilicet) & *Antoninos duos* (Pium ſcil. & Marcum) octo in univerſum Impp. reperies, qui Rhodias leges firmârint. Inter quorum conſtitutiones, quia Antonini Pii reſcriptum & apertiùs & rotundiùs breviùsque concinnatum erat, ideò id Voluſius Mæcianus potiùs quàm aliorum uſurpavit, atque exinde deſumptum in libros ſuos Publicorum conjecit.

Tertiò

Tertiò notari cupio, Auctoritatem illam ſubinde incrementũ cepiſſe videri, prout nova aliqua Imperatoris alicujus de legũ Rhodiarum vi conſtitutio accederet. Quod vel ex eo patet, quòd cùm Voluſius Mæcianus legem ſuam ἀξίωσις inde deſumſperit, quo ſanè tempore ea non ultra Antoninum Pium & Marcum procurrere potuit, utpote ſub quibus & ipſe Voluſius Mæcianus vixit ſcripſitque, ἐπιγραφῇ tamen hujus eclogæ duo poſteriores adhuc Imperatores memorentur, puta *Pertinax & Severus.*

Poſtremò obſervetur, Eclogarium iſtum ita Eclogam ſuam concinnaſſe, ut ſignare potiùs quàm enarrare res quæ eâ continentur, voluerit: Quod apparet cum maximè ex primâ pericope de Tiberio, ut & quartâ, ubi Reſcriptum Antonini, quo de nunc agimus, ſolum continetur, libello Eudæmonis reſecato, quẽ tamen Mæcianus, non minùs quàm Reſcriptum, *ex Leg. Rhodiâ* (ut habet inſcriptio legis ἀξίωσις.) id eſt, *ex integrâ Legis Rhodiæ Auctoritate* excerpſerat.

Cap. IX.

De Imperatore Clavdio, qui primus Leges Rhodias nauticas firmavit.

De Tiberio (Clavdio ſcil. *Imp.*) *prima pericope. Cur Tiberius aditus à nautis &c. Quid ab his petitum. Interlocutio Tiberii (Claudii) de rebus nauticis in Conſiſtorio habita. Nero Leges Rhodias peti ſuadet. Ἐνδείξας pro* commendare. Διήγημα *pro* διηγήσει.

γήσῃ. Πράξεις *pro* obſervantiâ *& moribus. Controverſia nautica pleraque recenſentur. Miſſi à Tiberio (Claudio) qui Leges Rhodias peterent : Sic deinde firmata ea, traditaque Antonino Conſuli.* Προσαγορεύεσθαι *pro* ſalutare. *Roma leges Rhodia primùm firmata. Quis hic Tiberius? Non eſſe Tiberium Auguſti ſucceſſorem: cujus alioquin magna cum Rhodiis familiaritas fuit. Eſſe* Tiberium CLAVDIVM. *Antoninus Coſ. ſub. Claudio. Rhodiis quoque libertas reddita Nerone oratore, eodem anno quo & leges Rhodia firmata. Tribunitia poteſtas Imperatoris Claudii ſtudium pro naufragiis. Senatusconſulta de his ſub eo facta Neronis ſtudiũ multiplex erga Rhodios. Antiphili epigramma. Claudius Imp. primus leges Rhodias firmavit: Etſi Rhodiorum* ἀνομίας *circa* τὰ *nautica jam dudum celebrata eſſet: item etſi caput legis Rhodia de jactu jam invaluiſſet.*

NVNC de ſingulis pericopis & verſibus *Auctoritatis*, Legibus Rhodiis olim præfixæ, atque adeò & de ſingulis Imperatoribus quorum ſive Reſcripta ſive Conſtitutiones prædictâ Auctoritate memorantur: exceptis tantùm Antoninis duobus, de quibus jam ſuprà actum fuit.

Primo igitur omnium loco *Tiberius* in inſcriptione Auctoritatis memoratur inter eos, qui νόμον Ῥοδίων ναυτικὸν ἐθέσπισαν : mox in ipsâ Auctoritate, conſtitutio ipſa ediſſeritur, quam

quam is edidiſſe dicitur, poſt Relationem in Senatu vel Interlocutionem in conſiſtorio habitam ex Conſilio ſeu ſententiâ Neronis: Cujus proinde pericopæ præter titulos Imperatorios inſcriptos tria membra conſtituo. Primum (quod incipit ἐντυχόντων) continet orationem Imperatoris proponentis, aditum ſeſe à Nautis & Naviculariis & Negotiatoribus, petentibus, ut ea omnia quæ in mari contingunt, τὰ ἐν θαλάσσῃ συμβαίνοντα, in tributum ſeu collationem venirent. Ita enim hunc locum accipio: Nam ut jactus in mare removendi communis periculi causâ factus in collationem veniret, ſeu omnium contributione συμβολῇ ſarciretur, nil opus erat eo nomine Imperatorem adire, quando jam ante Tiberium hunc legis Rhodiæ caput iſtud de jactu obtineret, ut patet vel ex Servii, Ofilii, Labeonis Sabini Sententiis & opinionibus quæ referuntur *l. 2. & l. 4. π. de l. Rhod. de jactu.* Igitur petierant illi, ut & omnes alii caſus maris in collationem venirent: Cujus modi ſanè plures, præter jactum, in collationem venire veteres quoque IC. definierunt: veluti, ſi navis à piratis redempta eſſet, *d. l. 1. §. 3.* Si arbor aut aliud navis inſtrumentum removendi communis periculi causâ dejectum fuiſſet, quod & Paulus ſcribit, *lib. 2. ſent. 7. §. 3. & l. 2. §. 4. dicto tit.* & Papinianus reſpondit, *l. 3. d. tit.* & Hermogenianus *l. 5. dict. tit.* non item ſi vi tempeſtatis navis aut arbor amiſſa, *d. l. 2. §. 1. d. tit. lib. 7. §. 3. & d. lib. 5. & 6. d. tit.* Item ſi

aſpergine

aſpergine vel ſalſugine merces deteriores factæ fuiſſent, ut habent leges *Nautica*: ut & ſi navis onuſtæ levandæ causâ, merces quædam in ſcapham trajectæ eſſent, eaque ſcapha periiſſet, *lib.* 4 *d. tit.* Ergo cùm ſuper eo aditus fuiſſet Imperator, ſive relationem in Senatu (cujusmodi plures de civitatum privilegiis, & immunitate, veluti Coorum, Byzantiorum, hoc anno ipſo factæ, teſte Tacito *lib.* 12.) ſive Interlocutionem eâ de re in Conſiſtorio habuit (de cujusmodi Imperatorum interlocutionibus in Conſiſtorio nil attinet plura memorare.) Hic jam (quæ ſecunda hujus pericopes pars eſt) cenſere juſſis Senatoribus, vel Conſiſtorianis, Nero oratione ſumptâ (ἀποκριθεὶς) ſententiam dixit: cujus partes duæ ſunt: Prior continet præfationem, ſeu exordium Neronis in adulationem Imperatoris verſi: Nihil ſcilicet opus eſſe, ea quæ ab Imperatore jam antea ſcilicet conſtituta fuiſſent, commendare. Ita enim hunc locum, alioquin obſcurum, accipio, voce, ἐνδείξασθαι acceptâ pro *commendare, oſtentare efferre*. Mox ſententia ſeu propoſitio Neronis ſequitur, διήγημα,) quæ vox perperam ab editione Freheri abeſt) id eſt, διήγησις ſeu narratio & propoſitio (vide Phrynichum, *paginâ* 90. Aphthonium, Ammonium) ipsâque adeò Neronis ſententia, ἱστορία, διήγημα (ut Heſychius rectè interpretatur) *narratio in Gloſſ.* mitti videlicet oportere quoſdam Rhodum, inuſtigaturos (ἀκριβῶς) quidnam in legibus moribuſque Rhodiorum

diorum poſitum eſſet: quidque ibi obſervaretur (quod πράξεων appellatione hîc deſignatur : πράξις eſt & διαθήκη apud Heſych. Eodem ſenſu & *Facta* apud Latinos. Ita *Pauli ſententiarum ſeu Factorum libri ſex*, in veteri Indice Florentino. De quo alibi plura) circa navigantes ſeu nautas, naviculario s, & negotiatores, & vectores, & enthecas (ſeu impoſitas merces) & ſocietates, & navigia, & emptiones-venditiones, & fabricam navium, & depoſitiones ſeu recepta auri & argenti, & diverſas ſpecies alias. Hæ ſcilicet fermè nauticæ controverſiæ ſunt, quod videre eſt etiam ex *Legum nauticarum collectione*, quibus hęc Auctoritas præmiſſa eſt: Mox quid comperiſſent miſſis illis relaturis. Quod cùm fieri placuiſſet, atq́ue adeò miſſi eſſent Rhodum quidam id ſciſcitatum, iidemq́ue quæ compererant in ſcripturam redegiſſent (nam hæc omnia hîc ſupplenda ſeries ipſa edocet) Tiberium tandem (quod tertium hujus pericopæ caput eſt (ea omnia firmaſſe, firmatáque Antonino Conſuli tradidiſſe, cęterisque Conſularibus qui ad eum ſalutatum venerant : id enim ſibi vult vox προσαγορεύουσιν. προσαγορεύειν eſt ἀπάζεσθαι. Vide vel Heſychium, & Gloſſar. Et quidem Romæ.

Hæc eſt prioris pericopæ de Tiberio Imp. continentia, ſeu ſeries, & Hiſtorica quidem: Ubi ſtatim quæri poteſt, de quonam Tiberio id accipiendum ſit : an de Auguſti ſucceſſore, an verò de Tiberio Claudio? Certè de illius

lius cum Rhodo & Rhodiis comercio multa narrantur, veluti quòd Rhodi fuerit, ſed privatus tantùm & quidē alterâ vice per ſeptēnium integrū ibi in ſeceſſu vel potiùs volūtario exilio egerit, ibíque Thraſyllū Mathematicū contubernio ſuo admoverit: quódque aquila antea Rhodi nondum conſpecta in culmine domus ejus aſſederit: Quòd Romam redux literas publicas à Rhodiorum Magiſtratibus ſine ſubſcriptione acceperit aliquando: quòd Diogenes Grammatticus Rhodius ad ſalutandum eum Romam venerit: Quod ab eo Rodienſis hoſpes literis Romam evocatus. Hæc vera quidem, ſed tamen non eſt hic locus de hoc Tiberio Auguſti ſucceſſore accipiendus, verùm de Tiberio Claudio. Id quod tum ex Neronis, tum ex Antonini nominibus omninò apparet: hi ènim eſt Antoninus, ille Conſul, qui aliàs pleno nomine, *Q. Aterius Antoninus* ſub Claudio unà cum *D. Iunio Silano*, Conſulatum geſſit A. D. 55. quod etiam P. Faber jam rectè vidit 3. *ſemeſtrium* 12. Hic rurſus eſt *Nero*(poſtea Imp.) quo Oratore Rhodiis ipſis quoque libertas ſeu *αὐτονομία*, quæ decēnio antè his ab eodem Tiberio Claudio Imp. eò quòd ſeditione domi deliquerant, civéſque quodam in tumultu occiderant, adempta fuerat, reddita eſt, teſte Tacito *lib.* 12. *Annalium*: Suetonio, *in Claudio cap.* 25. & *Nerone cap.* 7. Dione *lib.* 60. *p.* 681. Sic quidem, ut diſertè Tacitus Rhodiis à Claudio libertatem redditam eo ipſo *Antonini* Conſulatu ſcribat. Qui quidem etiam

Antonini

Antonini Conſulatus congruit Anno Domini Noſtri LV. alteri verò ſupra decimum Imperii Claudii. Quare in titulis Imperatoriis hîc error admiſſus, cùm dicitur Tiberius δημαρχικῆς ἐξȣσίας λ β. quomodo præferebat MS. *Pithœanus*, pro quo in Schardii editione expanſis literis τριακοςῷ δευτέρῳ editum; Apertè enim reponendum hîc vel ι β. i. duodecimo, vel ι γ. i. τρίτῳ δεκάτῳ. Huic enim Antonini Conſulatui reſpondet omninò duodecimus & decimustertius Imperii Claudiani annus, & ſic ejusdem quoque numeri Tribunatus. Numerus enim Tribunatus idem ſæpe eſt cum annis Imperii.

Ergo maneat, à *Tiberio Claudio* Imp. Leges Rhodias Nauticas firmatas: ſub quo alioquin duo etiam Senatusconſulta condita memorantur *l. 3. in fin. π. de incendio, ruina, naufr.* adverſus eos, qui naufragos atque in periculo conſtitutos oppreſſiſſet, vel ex naufragio quid rapuiſſent, lucratíve fuiſſent. Ex quibus, quantam Imp. ille naufragorum rationem habuerit oſtenditur. 1. dum & clavum unum ex naufragio auferentem, omnium nomine teneri vult. 2. Et eos, quorum fraude conſilióve naufragi ſuppreſſi fuiſſent, ne navi vel iis periclitantibus opitulatum iretur, legis Corneliæ de ſicariis pœnâ affici jubet (quod & ipſum repetitur *l. 1. π. ad L. Corn. de ſicariis*) 3. Denique, dum eos qui quid ex miſſerrimâ naufragorum fortunâ rapuiſſent lucratíve fuiſſent dolo malo, tantum fiſco dare jubet, in quantum ex edicto

Prætoris

Prætoris ipſi naufrago prędam paſſo actio datur. Neque dubito, quin hæc ita à Claudio ſancita fuerint, inter alia, quibus ille & annonam Populi Romani adjutum, & Navicu-lariorum navesque maritimas fabricantium habentiumve privilegia auctum ivit, de quo videndus Suetonius, *Claudio cap.* 19. Ulpianus, *fragm.* 5. §. *ult. l.* 3. *de vacat. & excuſat. mun.* Item maneat, Leges Rhodias à Claudio firmatas, *Nerone* auctore; quo & eodem, ut dixi, oratore Rhodiis libertas ab eodem Imp. Claudio reddita fuit: cujus alioquin Neronis penſi in Rhodios ſtudii animique, præter libertatem, ut modò dixi, eo oratore redditam, item præter leges Rhodias eo auctore firmatas, alia inſuper argumenta occurrunt: veluti, quòd, cùm Cratonem ad conquirenda per Aſiam urbéſque Græcorum operum ornamenta miſiſſet, de quo Tacitus, Plinius, & Pauſanias, nullum Rhodiis contigerit: de quo ſingularis Dionis Chryſoſtomi locus, *in Oratione Rhodiacâ, pag.* 335. Ad hoc denique Neronis ſtudium in Rhodios pertinet Antiphili epigramma, quod extat *l.* 1. *ἀνθολογ. cap. εἰς νή. ες.*

Ὡς πάρος ἀελίου, νῦν Καίσαρος ἡ Ῥόδος εἰμὶ
Νᾶσος, ἴσον δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
Ἠδή σβεννυμένην μὲ νέα κατεφώτισεν ἀκτὶς.
Ἄλιε, καὶ παρὰ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
Πῶς εἴπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι, ὃς μὲν ἔδειξεν
Ἐξ ἁλὸς, ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομένην.

Quod quidem Antiphili Epigramma ad Libertatem Rhodiis redditam propriè magis refertur. Verùm

Verùm ad rem. Sic patet, primum ex Imperatoribus *Tiberium Claudium* Leges Rhodias nautitas firmaſſe, & ſecundum eas controverſias nauticas judicari, Iuſque adeò maris exinde definiri decidique voluiſſe. Nam etſi Rhodii in magnâ dudum dignatione forent, ut indicio quoque eſt, quod multi titulum *civis Rhodii* maximo pretio ſub Augusti temporibus emebant & affectabant, quod ex Nicolao Damaſceno liquet, & exemplo Poſſidonii Stoici apud Strabonem & Athenæum. Item etſi Rhodiorum εὐνομία, & diſciplina, ac nonminarim κατὰ τὰ ναυτικὰ, jam dudum ante commendaretur: Imò etſi Legis Rhodiæ de jactu caput ſeu æquitas apud Romanos jam dudum invaluiſſet, ut apparet ex eo quòd Servius, Ofilius, Labeo, & Sabinus jam in eo argumento verſari deprehenduntur, *ex l.2. in pr. & §.3. & lib. 4. de lege Rhod. de jactu*, nondum tamen leges Rhodiæ nauticæ in univerſum vim legis in Mari ex ullâ Principis conſtitutione obtinuerant, ſecundùm quas ſcilicet Iudices judicare neceſſe haberent, Non certè, ſub Iulio Cæſare, ſub quo fœderata tantùm Romanis erat non ſubdita, ut teſtatur Appianus, *Civilium lib.* 4. quod factum poſt Cæſaris demum necem, per Caſſium primùm, mox & Antoninum, annis ante Dominum noſtrum fermè 43. ut ex Bruti *epiſtolis pluribus*: Appiano, *Civilium* 4. Plutarcho, *in vitâ M. Bruti*: Dione, *lib.* 47, diſcere eſt. Poſt quod, procedente demum tempore, & ſub Claudio quidem,

eò deven-

eò deventum, ut in ordinariam & aſſiduam Iuriſdictionem, expreſsâ Principis illius Auctoritate, Leges Rhodiæ nauticæ venirent.

Cap. X.

De Principibus, poſt Claudium Imp. qui L. Rhodiam firmarunt.

1. Veſpaſianus *L. Rhodiam firmavit. Idem & Rhodum in provinciæ formulam primus redegit: qui Liberi tamen poſtea mansêre. Conſules, ſub quibus Veſpaſianus leges Rhodias firmavit.* II. Trajanus, *ſub quo &* διδράχμον Ῥοδίων *memoratur.* III. Hadrianus, *cujus & reſcriptum adverſus poſſeſſores naufragorum deprædatores memoratur,* IV. Severus. *Ejiusdem reſcriptum de jure colligendi naufragii. Quid in eo ſit* impunè *colligere naufragium. Tertulliani ſub Severo locus de Lege Rhodiâ explicatur. Auctoritas legis Rhodiæ tota à nutu Impp. pependit. Cur toties ea à Principibus firmata.*

Post Claudium Imp. ejus quoque exemplo, principes deinceps alii Leges Rhodias nauticas, ſubinde firmatum juêre, qui in eâ quoque, quam præmiſi, Auctoritate ſive fragmemento memorantur.

Primus, poſt Tiberium (Claudium ſcil.) occurrit in Eclogâ ipsâ *Veſpaſianus*, qui & ipſe

ipſe dicitur *oblatas ſibi à conſulibus Leges Rhodias Senatuſconſulto firmaſſe.* ἐπὶ ὑπάτων Λαύρου καὶ Ἀγριππίνου. οὗτοι προσήνεγκαν μεγίστῳ καὶ αὐτοκράτορι Οὐεσπασιανῷ, ὃς καὶ αὐτὰ σφραγίτας ἐπὶ τῆς λαμπρᾶς συγκλήτου: Senatusconſulto, inquam, firmaſſe: ſic enim Orationes Principũ Senatuſconſultis firmari mos erat. Hujus verò facti ab Veſpaſiano nulla alibi, quod ſciam, mentio occurrit. Illud tantùm de Veſpaſiano circa Rhodios memorari teneo, cum Rhodiis (pariter ut Græcis) libertatem ademiſſe, Rhodioſq; , qui hactenus rbitrio ſuo Rẽp adminiſtrabant, in provin-iæ formam formulamque redegiſſe, apud uetonium, *cap.*8. alioſque, qui ex eo omnes abent, puta Eutropium, Oroſium, Hieroymum: de quo & Sextus Rufus Feſtus, *in reviario ad Valentem*: *Rhodus*, inquid, *& Inſla primùm libera agebant, poſtea in conſuetuinem parendi Romanis clementer provocati er venerunt, & ſub Veſpaſiano Principe Inſulaim provincia facta eſt.* Extat & Veſpaſiani ummus, in quo ſcriptum, ΡΟΔΙ'ΩΝ ΚΟΙ'ΝΩΝΙ'Α. Et nihilominùs tamen iidẽ Rhoi liberi deinceps fuere ſub Tit Veſpaſiano: ſtis linius, qui ideò *Rhodios liberos* diſertè ocat. *l.*5 *c.*31. ut & inſecutis deinceps temribus, & Impp etiam ſub Antoninis (quom reſcripta hac lege ἀξίωσις continentur) clarè teſtatur Dio Chryſoſtomus, *in Orane Rhodiacâ*, & Ariſtides ipſe *in Rhodiacâ*, in alterâ *de concordiâ ad Rhodios*; ſolùmq; φανικὸν, ſeu Coronarium aurum, ad inſtar

liberorum populorum & Satrapaiũ Romanis Imperatoribus ſolverunt: de quo locus eſt inſignis apud Suidam, *in voce* στεφανικὸν. Cæterùm additur & hoc loco characteriſmus temporis, nempe legem Rhodiam firmatam à Veſpaſiano, *Lauro & Agrippino Coſſ.* ſic enim hic locus accipiendus, tractis bis Coſſ junctisq; ad hanc ſententiam de Veſpaſiano. Qui quidem Conſules in Conſularibus ſeu Faſtis ſub Veſpaſiano nuſpiam apparent. Quare, non ordinarios ſeu ἐπωνύμους, verùm ſuffectos hos Coſſ. fuiſſe oportet, quod etiã Schardio placuit: cujuſmodi plures alii extra cenſum, Faſtoſq; Conſulares ſub Veſpaſiano hoc ipſo memorantur. Certè pro *Lauro* fortè reponat quis *L. Aurelio*: niſi putet quis reponendos hic *T. Aurel. & Atratino Coſſ.* qui ſub Domitiano fuere, ut ita ad Domitianum Veſpaſiani F. iſtud quis referat. Certè probare non poſſum P. Fabri ſententiã *3. Semeſtr.* 12. qui *Taurum & Criſpinum* Coſſ. hic reponebat, qui congruunt anno tertio Claudii Imp. ut ita καταπαλληψη. Antoninus Conſ. de quo ſuperiori capite, quiq; decẽnio poſt Taurum & Criſpinum, Coſ. fuit, nominatus fuerit in hac legum navalium præfatione. Non, inquam, id admitti poteſt, vel hac ratione, quòd diſertè in dictâ præfatione dicitur *Veſpaſianus oblatas ſibi ab his Coſſ. leges Rhodias firmaſſe.*

Tertio loco in Eclogâ legibus Nauticis præfixâ, *Vlpius Trajanus* Leges Rhodias SC. & ipſe firmaſſe dicitur, ſeu ut ibi dicitur, *ſi-viſſe*

viſſe obtinere, ἀπέλυσεν ἐστὶ τὸν νόμον τῶν Ῥοδίων ἅμα τῇ σφοδροτάτῃ συγκλήτῳ. Quod & ipſum argumento eſt vel maximè Legum Rhodiarum auctoritatem ab imperatorum nutu pependiſſe. De hoc porrò Principe, quod aliunde addam ad rem noſtram, nil habeo: niſi quod Nummi ſunt Trajani, in quibus ſcriptum ῬΟΔΙ.ΔΙΔ ΡΑΧΜΟΝ, ubi & Neptunus dextro crure navis proræ inſiſtit, dextrâ delphinum, ſiniſtrâ tridentem tenens: quod quidem Rhodiorum δίδραχμον an ad Aurum *Coronariũ* pertinuerit, aliòve, viderint alii.

Quarto loco ſequitur *Hadrianus*, qui in ἐπιγραφῇ tantùm Auctoritatis, aliis Impp. qui leges Rhodias ἰθέτωσαν conjungitur. De quo ipſo etiam nihil habeo quod addam, niſi quòd ſub eo Gellius, locis duobus, *lib. 7. c.* 3 & *lib. 15 c.* 31 civitatem & inſulam Rhodienſem, & inſulæ opportunitate & operum nobilitate, *& navigandi ſolertia* navalibúsque victoriis celebratam vocat. Item, Rhodiam inſulam celebritatis antiquiſſimæ, oppidúmque in eâ ornatiſſimum pulcherrimúmque. Item, obſeruo, eundem Imp. Hadrianum grave admodum Edictum promulgaſſe, quod memoratur *l* 7. ꝟ. *de incendio, ruina, naufr.* adverſus poſſeſſores qui juxta littora poſſid nt, naufragos deprædantes, déque eorum pœnâ, probationeq; naufragii, & exhibitione reorum, ubi inſuper adjicitur Senatuſconſultum (procul dubio ſub eodem actũ) *ne milites aut privati aut liberti ſervive principis colligendis naufragiis intervenirent.*

I 2. De

De *Pertinace* & *Severo* quoque altum alibi ſilentium De iſto obſeruo, memorari reſcriptũ ejus cum filio Antonino *l. ult. π. de incendio, ruina, naufr.* quo definitur, licere unicuique naufragium ſuum impunè colligere: *impunè*, id eſt, ſic, ut nullus interuenire ei poſſit: contra, naufrago littoralia prædia à privatis poſſeſſa ad colligenda naufragia ingredi liceat, neque quicquam eo nomine cuiquam dare aut relinquere cogatur. Sed & illud obſeruo Imp. Legis Rhodiæ meminiſſe quoque Tertullianum *lib. 3. adu. Marcionem cap. 6. Scilicet nauclero illi non quidem Rhodia lex, ſed Pontica caverat, errare Iudæis in Chriſtum ſuum non licere*: Cujus loci ſenſus hic eſt, Marcioni Pontico (quem velut Navicularium & naufragum ſæpe nobis repræſentat Tertullianus (non caviſſe legem Rhodiam, ſeu Rhodiorum, qui (ut inquit Gellius *lib. 7. cap. 3. navigandi ſolertiâ celebrati erant*, quæ ſcilicet rectam ei navigandi rationem commonſtraret, quæque proinde eum ab errore vel naufragio vindicaret, verùm Ponticam, maris expertem craſsámque. Hic enim loci iſtius ſenſus eſt, quem aliter cepêre Interpretes.

Sic igitur ex ſuperioribus liquet, legem Rhodiam, auctoritatem, quantamcunque ea habuit, ab Imperatorum conſtitutionibus habuiſſe, non vi quadam imperii: imò & variis ſubinde hanc Iudiciariæ tantùm legis Rhodiæ poteſtatem conſtitutionibus firmatam.

Ubi etiam quæri poteſt, cur lex Rhodia, quæ

quæ ſemel expreſsâ Claudii Imp. cõſtitutione invaluerat, toties adhuc firmata deinceps fuerit, firmaríve neceſſe habuerit? Certè duplex ratio ſuccurrit: firmatum ſcilicet ſubinde hoc Rhodiorum velut προνόμιον, quo leges eorum nauticas controverſias diſcingebant eo more, & tralatitio quidem, quo conceſſa à ſuperioribus Principibus privilegia firmari ab inſequentibus mos erat. Item gratiam hanc ſubinde ideò reparari contigiſſe, pro redintegratâ pariter ſæpe gratiâ, quâ ii excidebant, ob motus videlicet & ſeditiones domi aſſiduas: quod præter Taciti locum ſuprà, videre eſt etiam ex Ariſtidis *Oratione pro concordia ad Rhodios*: quæ ſanè cauſa fuit, cur iiſdem modò libertas ſeu αὐτονομία adempta fuerit, ſæpe rurſum firmata ſeu reddita, quod Tacitus dicit.

Cap. XI.

LIMITATIO, & SENSUS integer Legis.

I. Limitatio *in Antonini reſcripto: Vnde argumentum fortiſſimum enaſcitur, Imperium Maris ad Imperatorem ſpectaſſe. Irrationabiles leges etiam Rhodiæ quadam conſtitutionibus Impp. abolita. Docimi ſuper hoc nota.*
II. Sensus *integer Eudæmonis & Antonini, & ſic totius hujus legis eruitur. Non quidquid à naufragis, vel ex naufragio ha-*

 betur,

betur, præda ſemper eſt: verùm probo more ſæpe retinetur. Maritimæ civitates & Inſulæ Navigantibus & naufragis plurima præſtabant: Inter alia πυρσεῖς: ut contrà alii falſo lumine oſtenſo eos fallebant. Quid Antoninum dubium tenuerit in ſpecie hujus legis, & poſt omnia, cur limitatione reſcriptum ſuum claudat. Potiores Imperatorum leges Lege Rhodiâ. Quid, quâ de re quæſitum hac lege fuerit. Legum municipalium vel peregrinarum uſus nihil adſciſcentis Imperio vel Libertati detrahit. Gallorum hac in re defenſio & laus. Reſtituta lectio legis 32. π. de Legibus.

AD Reſcripti Antoniniani, quod lege noſtrâ continetur, interpretationem nunc redeundum eſt, & ad poſtremam quidem ejus partem: ἐν οἷς, inquit, μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. i. *in quibus nulla conſtitutionum noſtrarum ei adverſatur.* Hiſce verbis *Limitatio* quædam juſta continetur. Eam verò vel ſolam ſi ἑτερόδοξοι attendiſſent, nunquam ſanè Maris imperium Imperatori abjudicari hac lege putaſſent. Adeò ſcilicet Antoninus Imp. non *imperium*, ſed *judicium* tantùm legi Rhodiæ, vel ſecundùm leges Rhodias, *hac lege* committit, ut ne abſolutum quidem committat, verùm limitatum, atque infra leges & conſtitutiones ſuas ſemper poſitum. Hoc ſenſu: ſua equidem jura ſuasque conſuetudines maritimis provinciis & Civitatibus Inſuliſque ſervari oportere, quas ab antiquo haberent, derivato more à Rhodiis

à Rhodiis, quorum *Leges* in jus commune tranſierunt, verùm intra hunc modum, niſi ſi quâ parte conſtitutiones Imperatoriæ Legibus Rhodiis contrariæ reperiantur: ſive quia his nominatim derogatum fuerit, ſive quia contrarium jus aliquod generali aliquâ Conſtitutione vel Edicto comprehenſum ſit: cujus æquitas irrationabilem morem & conſuetudinem, quamlibèt antiquã, quàmlibet lege Rhodiâ ſubnixam, peſſumdaret. Etſi ſcilicet ſub Imperatoribus, provinciis, regionibus, & Civitatibus, & Inſulis, αὐτονομία quædam ſeu jura nonnulla, προνόμια, privilegia, relicta fuiſſent, ac maximè liberis civitatibus & fœderatis, quæ legibus ſuis utebantur, ut docet quoque Plinius *lib.* 10. *epiſt.* 93. 94. (quo certè liberorum numero hoc ævo Rhodios fuiſſe jam ſuprà oſtenſum eſt) à jure communi aliquà tantùm exorbitantibus, attamen irrationabilia penitus his paulatim detracta, ne alioquin conſuetudo rationem vinceret aut legem. Sic ſanè & in Papiniani *l.* 1. *de uſuris*, cùm dixiſſet is, *ſpectandum morem regionis in uſuris*, mox ſubjicitur, *ita tamen ut legi non offendat.* Sed & Zocimus, *in calce legum Nauticarum*, hanc limitationem ita expreſſit: *Cum inſecutis temporibus quidam legibus Rhodiis* πρὸς μακρὸν *uterentur*, & *ipſa rerum mutatio novas res ex neceſſitate poſtularet. quæ ea ſupplerent quæ veteribus legibus deeſſent, eâſque ad decentiorem ſtatum* & *honeſtiorem* πρὸς τὸ κοσμιότερον καὶ σεμνότερον *verterent, etiam hujuſmodi*

leges ab Imperatoribus juris & æqui amantibus condita ſunt. Vbi itaque non extat lex nova veteri legi Rhodiorum contraria, ſecundùm leges Rhodias nautica controverſiæ judicantur, ubi verò aliæ leges his adverſantur, Rhodiorum leges ceſſant, aliæq; vim & robur obtinent.

Et hæc quidem ita quoque de limitatione reſcripto Antonini additá, ejusque ſenſu. Quare ſub finem nunc, explicato ſigillatim libello Eudæmonis & Antonini reſcripto, utriuſque vim omnem mentemq; adeò exprimamus: Dixerat ſc. Eudæmon, prædam ſeſe paſſum, διηρπάγη μὲν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων: Neque ſatis prædæ genus expreſſerat: contrà contendebant δημόσιοι, quod feciſſent id à ſe jure factum, νόμῳ θαλάσσης. Hîc jam Antoninus, animo rependens, non agi de fiſco ſuo, cui aliàs modum illicò poſuiſſet, uti ſanè poſuit *l.1. C. de naufra.* verùm de civitatibus maritimis & Inſulis agi, quibus ſuæ quædam erant conſuetudines, ex veteri L. Rhodiâ, quæ in maritimis controverſiis ex anteriorum Principum conſtitutionibus obtinere iuſſæ fuerant, denique de *Iure maris* agi, ideò rem hanc omnẽ ad Rectorem prouinciæ rejiciendam omnino putauit, judicandã ex præſcripto Legis Rhodiæ: Quid enim? Potuit ſcilicet lege Rhodiâ Inſulanis aut maritimis Ciuitatibus id competiiſſe, jure quodam peculiari, vt vel naue in portu vel littore earum appulſâ, vel certè in earum finibus naufragio facto bona naufragorum his cederent, quod jus & olim multi

multis in locis obtinuit & nunc obtinet. Vide quæ ſupra dixi *cap.*4. & 5. Potuit & illud competiiſſe ut in partem aliquam naufragii venirent, ob ſumptum fortè in ſpeculas pharos ſeu faces ignéſque flagrantes (quos Græci πυρσοὺς vocabant) quibus videlicet navigantibus in mari præſertim procelloſo & naufrago, (cujusmodi erat Ægeum & Icarium) vada prænunciabantur, & portuum introitus, atque adeò navigantes in portum deducebantur (uti contrà ſæpe falſo lumine oſtenſo ſive privati quidam maris accolæ navigantes fallebant, de quo eſt *lex ne piſcatores π. de incend. ruin.* & locus Dionis *in Euboicâ*, ſive Barbari, veluti in Boſphoro Thracio, teſte Dionyſio Byzantino in Anaplo Boſphori Thracii apud Gillium *de BoſphoroThracio lib.* 2. *c.*20. *p.*152.) Potuit & ob aliam aliquam operam, quam δημόσιοι inſularum illarum in colligendis fortè vel etiam cuſtodiendis naufragiis impendebant, eo nomine, recepto adhuc more, ab his quid jure exigi. Cui abſimilia non ſunt quæ Itali *Guidagia* vocant, Apud Britannos Aremoricos *Breſſ de Conduite*, Diplomata, brevéſque commeatales, συνθήματα, evectiones, tractoriæ, que ſoluentib. ex littore dantur certâ mercede & pretio, inter cætera vt poſtea naufragia colligere liceat, vt & σῶστρα quæ adjutoribus dantur. De quibus ita Argentræus *in conſuetudines Britanniæ tit. des droits du Prince, art.*56. *not.*1 *num.*43. *Origo traditur. Cum Principes noſtri & Reges priſtini ſcopuloſo & pleraque importuoſo*

 portuoſo

portuoſo littore crebra NAVFRAGIA fieri pro ſpicerent, lege ſanxêre ne injuſſu ſuo freto excedere liceret, ſolventibus periti maris & littorum Ducis veniæ ſymbola breviculæ navigaturi dabant: aſpernantibus publicatio navis & armamentorum indicta, naufragio facto etiam merces publicabantur: veniâ factâ periculum rebus nullum à fiſco, naufragium etiam colligere licebat: Σῶτρα quæ alibi diximus adjutoribus præſtabantur, quod vocant Droits de ſaluage (alias ſauvelage) Talibus breviculis ſuum nunc, ut olim, pretium eſt, & inter cæteros fiſci reditus ea quoque mancipibus vectigalium elocantur. Itali GVIDAGIA vocant. Potuit & portorium ſeu vectigal ſolemne exigi, eò quòd inſulani illi mare à latrociniis purgarent: quâ ratione & paſſim hodie vectigalia in mari à ſuperiorem non agnoſcentibus inſtituuntur vel inſtituta ſuſtinentur, de quo Covarruvias *in reg. peccatum, in 2. part. relect §. 1. num. 5.* Peregrinus *de jure fiſci lib* 1. *tit.* 1. *num* 22. Surdus *conſ.* 325. *numer.* 3. & poſt hos omnes Bellonius *conſ.* 14. *num.* 40) ut ſanè Rhodii quoq; à minoribus quibusdam inſulis vectigalia exegêre, easq; ὑποφόρους, ſeu tributarias, habuerunt, ut ex Dione & Ariſtide liquet, & Ammiano Marcellino, *lib.* 22. *pag.* 257. Imò diſertè fœderatæ liberæq; civitates quædam maritimæ, etſi ſub populi Romani Imperio conſtitutæ, ſua tamen portoria intra fines ſuos habuêre, expreſſaq; fœderis lege ſibi recepêre. Teſtis eſt tabula fœderis initi cum Termenſibus majoribus Piſidis. *Quam*

legem

legem portoriis terreſtribus maritimiſq; Termenſes majores Piſidæ capiundu intra ſuos fines dixerint, ea lex ius portoriis capiundis eſto. Ut & altera cum Ambracienſibus. *Ambracienſes portoria quæ vellent terrâ mariq; caperent:* Additâ utrobiq; exceptione, *dum ne quid portorii ab iis capiatur, qui publica populi Romani vectigalia redempta habent*: vel, *dum eorum immunes Romani ac ſocii nominis Latini eſſent.* Ut proinde non hæc jam fortè præda, quod volebat Eudæmon, eſſet, ſeu διαρπαγῆς ſpecies, verùm aut portorium aliquod, aut ſumptus vel operæ cujuſdam remuneratio: adeoq; νόμος θαλάσσης. Quare hunc morem ſeu legem maris Imperator Antoninus ſecundùm leg. Rhodiam judicari voluerit, & ſeruis publicis inſularũ adjudicari, vel ut ipsà lege maris probabilem. Retrò, poterat hic mos modum egredi, & ſic prædæ potiùs accedere: Quare d æquiſſimo temperamento Imperator Antoninus judicari jam voluerit ſecundùm Imperatorum conſtitutiones. Unde jam quoq; pparet, hac lege legem Rhodiam ut non improbatam (quod nonnulli temerè cenſent) ita etrò nec in omnibus illico, ſeu ἀδιακρίτως probatã; quæ hujuſce limitationis vis eſt.

Ru. ſum hinc apparet, quâ de re quæſitum ierit in ſpecie hujus legis: non, inquam, de co, naufragia ſibi vindicante: non de publinis, id jus ſibi aſſerentibus, non item de odo pœnæ naufragos deprædantium: Quo plici nomine nil cauſæ erat, cur aut ad Anninum iretur, vel ab eo ad legem Rhodiam

res remitteretur: cùm tot jam aliis legibus Senatuſconſultis, & reſcriptis, caſus illi definiti eſſent, quibus proinde judicis officium abundè inſtruebatur: Verùm actum in ſpecie hujus legis de caſu quodam ſingulari, uti ùm is videlicet ad διαρπαγῆς ſeu prædæ ſpeciem accederet, nécne. Ac proinde, ut finem faciam, in ſummam apparet, quis Antonini ſenſus fuerit, cùm judicium de jure maris leg Rhodiæ, vel potiùs ſecundùm eam reliquit non ut Imperium Maris à ſe abdicaret, verùm ut judicis officium inſtru ret: certo tamen adhuc modo adhibito, *niſi ſi quà conſtitutiones ejus, vel aliorum Impp. legi Rhodiæ* adverſarentur, quas utique potiores eſſe jubet Quibus ita conſtitutis, vel ad *praxim* res hæc reducatur, apparet, erroneum omninò eſſe & alienum ad hanc legem Interpretum tractatum, *de conſuetudine adverſus legem inolitâ* nam imò eſt hæc hujuſce legis pars poſterior de caſu contrario, puta de lege adverſus veterem conſuetudinem latâ, vel ſaltem ei contrariâ.

Contrà jam rectè ex eo quod hac lege cavetur, *jus maris ſecundùm legem Rhodiam judicari oportere*, ad praxim obſervetur, nihil ſummo cujusquam Imperio detrahi, nihil aliorum libertati officere, etſi fortè lex aliqua municipalis, vel etiam peregrina in uſum derivetur, ſic ut pro regulâ ea jam habeatur. Id enim ſæpe fit, non ob vim Imperii, ut cùm victis Leges dantur, verùm ultrò, eximiam videlicet ejus æquitatem & *ἀκρίβειαν* & quidem

& quidem inter populos eidem Principi ſubditos, ut in ſpecie *hujus legis*. Sic ſanè & in municipiis, in quibus cauſis ſcriptæ leges vel etiam conſuetudo d. ficerent, jus, quo urbs Roma uteretur, ſervabatur *l. de quibus* 32 *π. de legib.* etſi datum iſtud urbis Romæ dignitati, unde in omnia regimen, juráque ortaerant, & ſic *ἀξιώματι* tantæ urbis, cui & alia ſimulacra veteris Imperii, ſub Imperatoribus, relicta fuêre, quod alioquin Principi & in Principẽ ipſa contulerat. Imò & hoc ipſum ſub hac adhuc limitatione, *ut non TAMen*, (i. *non tam tamen*) *ſpectandum eſſet quid Romæ factum eſſet, quàm quid fieri deberet*. Et multò minùs igitur cujuſquam extranei Imperio aut Libertati derrahit, ubi peregrinæ Leges, quæ ſummâ ſeſe æquitate commendârunt, invehuntur, & in forum uſúmque derivantur: ſive nomine obliterato (quomodo Leges olim à Græcis civitatibus petitæ, vel etiam quæ uſquam egregia erant, in XII. Tabulas relata fuêre) ſive retento adhuc nomine ſuo gentilitio: quoties videlicet peregrina *νομοθετία*, pro Exemplari Iudicibus proponitur. Sic ſanè Romanis hodie legibus utuntur liberrima omninum Regna populíque, tanquam æqui boníque fonte. Quo qui aliter utuntur, næ illi perquam ſuaves ſunt, parúmque ſibi conſulunt: cùm verſo hodie Regnorum populorúmque ſtatu in aliam quàm Romanorum olim Imperium formam, Iuri Romano non niſi abſurdè quiſquam ſeſe illiget. Et prudentiſſimè omnium *Galli*, qui eo loco Leges

Romanas habent, quo & quatenus fontem boni æquíque: quo ſimul & Dignitati ſuæ rectè conſulunt: & veram Iuris dicendi orbitam tenent. Quod quidem & hîc ἐκ παρόδου additum volui, adverſus in *Rationalia* quorundam hac de re judicia, qui Gallos eâ re perquam iniquè populo differunt.

Ergo, ut eò redeam, nihilo magis iſtâ Legum Rhodiarum auctoritate, quam ei Antoninus aliique Impp. tribuunt, ſummo Imperatorum arbitrio ſeu imperio detrahitur, quàm ſi diſciplinam hodie aut leges militares, vel navales à *Belgis* aliíſve quis mutuaretur: & ſecundùm eas, controverſias militares vel nauticas domi judicari juberet.

CAP. XII.

COAETANEORVM Scriptorum ſuffragia ſeu teſtimonia.

Imperatorem Maris dominum exertè dici à coætaneis ſcriptoribus. 1. Appiani *Alexandrini locus ſub Antonino Pio.* 2. Ariſtidis, *ſub Marco Antonino.* 3. Oppiani, *ſub Antonino Caracallâ* 4. Philoſtrati, *qui ad Imp. Philippum pervenit.*

POSTEAQVAM ex ipſiuſmet legis ἀξιώσεως viſceribus, Legúmque Rhodiarum Auctoritate, & quidem κατὰ πόδα, tot atque

que invictis argumentis effecimus, *Imperatorem non minùs maru atque terra Dominum fuiſſe*, ut tot fermè jam verborum, imò ſuſcepti penè laboris, pœniteat, velut in re adeò clarâ & perſpicuâ atq; in oculos incurrente, mantiſſç tamen atq; auctarii cujuſdam vice, veterum ſcriptorum hac in re conſenſum addere juvat. Non equidem, ut per ſingulas nunc ætates decurramus, quod nimium, neque hujuſce operæ, verùm quod & ad L. noſtram proximè accedit, & abundè futurum eſt, denunciatio tantùm coævis fermè ſcriptoribus teſtimonio, qui per ea ipſa Antoninorum Imperatorum tempora, quorum reſcripta *h. l.* memorantur, ſub quibus item L. Voluſius Mæcianus vixit, ſcripsêre. Quod genus probationis ad rem maximè puto, ubi videlicet conſenſus auctorum συγχρόνων advocatur, cùm de ſenſu l. alicujus ambigitur.

1. Prodeat igitur primùm *Appianus* Alexādrinus, qui ſub Antonino Pio ſcripſit circa A. D. 150 Is certè, ut eximiâ ita prolixâ Præfatione Hiſtoriæ ſuę, quā viginti quatuor libris complexus fuerat, præmiſsâ, Imperii Romani limites deſcribens, non tantùm paſſim ait, *mediterranei Maris inſulis omnibus Romanos um imperâſſe, atque in ÆGEO etiam mari, MYRTOO, & in cætero mari (quod* noſtrum *vocat) CYCLADAS & Sporadas tenuiſſe, item Cyprum, Cretam, RHODVM, Lesbum &c. Romanos occupaſſe, omniaque adeò iſta Romanis paruiſſe,* πάντα ταῦτα ἐςὶ Ρωμαίοις ὑπήκοα:

& rurſum,

& rurſum, τὰ κράτιςα τῆς θαλάσσης ἔχοντας dicit; ſed &, cùm de Legionum prætenturis, Romani Imperii limini circūfuſis agit, addit, καὶ φυλάσσουσι τὴν τοσὴν γε γῆν καὶ θάλασσαν ὥσπερ χωρίον, verùm tandem exertè ſcribit, θαλάσσης τε πάσης ἡγεμονεύουσι τῆς ἐντὸς οὔσης καὶ νήσων ἁπασῶν, &c. id eſt, *Mediterranei totius maris Imperium & Inſularū omniū tenêre.*

2. *Ariſtides* item Athenienſis, de Marco Antonino Philoſopho, *oratione ád eum ipſum pag.* 119. γῆ δὲ καὶ θάλαττα τὸν προστάτην στεφανοῦσι. *terra verò & mare Præſidem* (ita vocat *Imperatorem*) *coronant.* Et idem rurſum de Româ ejusque imperio ſub eodem Marco Antonino, *tom.* 1 *p.* 354. ἀλλ' ἡ μὲν θάλαττα ὥσπερ ζώνη τις ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης, ὁμοίως δὲ καὶ τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας τέτακται, περὶ δὲ, &c. quem alioquin locum non ubique rectè vertit Interpres: tu verte *ſed mare inſtar cinguli cujusdam per medium orbem terrarum pariter ſub imperio veſtro agit.* Videndus idem paſſim totâ eâ Oratione & nominatim *p.* 382, 383. 360. 397.

3. *Oppianus* Cilix, ἁλιευτικῶν 3. initio ſtatim ad Antoninum Caracallam Imp.

Σοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ σκήπτροισι θάλασσα
Εἰλεῖται, καὶ φῦλα Ποσειδάωνος ἐναύλων.
Tuis enim ſub ſceptris Mare
Volvitur, & greges Neptuni incolarum.

4. *Philoſtratus* tandem (qui ſub Severo Imp. vixit ad Philippum Imp. uſque, teſte Suidâ) *lib.* 7. *de vitâ Apollonii cap.* 2. ubi de Domitiano, ὑφ' ᾧ θάλαττά τε ἦν καὶ γῆ πᾶσα.

CAP.

CAP. XIIJ.

IVDICIVM de nonnullorum Interpretationibus.

QVINQVE *aliorum, quamlibèt maris* Im*perium Imperatori vindicantium, Interpretationes diſcuſſa.* 1. Alciati *ſententia, ejusque naui: unde illi nati? ex eo potiſſimùm quòd* νόμον *initio reſcripti pro L. Rhodiâ accepit.* 2. Ignei *& ſequacium errores. Princeps an dicatur* lex *in* hl. 3. Amayæ *lapſus.* Κύριος *an ſit nomen ſoluta omnibus legum repagulis poteſtatis. Non quæſitum* hl. *de jure fiſci.* 4. Doctiſſ. Petiti *emendatio & interpretatio expenditur. Circa facti ſpecies obſervatio. Non quidquid libello comprehenditur, ei remedium quoque depoſcitur.* 5. Viri Clariſſimi Seldeni *duæ interpretationes ſub manum reuocantur. Iudicium de rebus nautricis Antonini Reſcripto ad Iudicem remitti: Quo fine?* 6. Salmaſii *interpretatio & emendatio.*

SVPEREST nunc ultimo loco, ut hanc legem à nonnullis etiam Virorum Clariſſimorum erroribus & nævis vindicemus, qui etſi eadem nobiſcum rectè ſentiant, definiantque adeò, hac quoque lege Imperatori Maris dominium ſeu Imperium adſeri, iidem tamen in eâ interpretandâ non uno genere

impin

impingunt: Quos rectam in viam reducere inſtitui non obtrectanti cuiquam animo ſtudiòque, verùm ut hæc lex ſuo & genuino ſemel ſenſui undiquaque quantum in me reddatur, habeántque viri deinceps veri amantes, in quo pedem figant, οὐδεὶ περιφερόμενοι.

I. Ab *Alciato* initium ducemus, à quo & melior Iuriſprudentia proficere cœpit. Is igitur, *lib. 2. Diſputationum c. 5.* cùm perridiculam eorum ſententiam eſſe pronunciaret, qui hujuſce legis auctoritate maris imperium ad Imperatores non pertinuiſſe cenſent, Antonini tamen reſcripto hunc ſenſum affingit: *Ego mundi*, inquit, *dominus ſum, quia orbem terrarum ex lege meâ rego, lex autem* (Rhodia ſcilicet) *maris eſt domina, quoniam ex ea jus in mari redditur.* Quæ & ipſa ſententia Cujacii fuit, *notis ad Pauli ſententias.* In quâ tamen quot ſunt verba, tot quoque ſunt nævi. 1. Nam & κόσμον θαλάσσῃ perperam hîc opponit 2. Et *Dominii* ſpeciem adhuc aliquam mari tribuit; quale nullum hâc lege tribuitur, ſed judicium tantùm ſecundùm eam fieri jubetur: κρινέσθω, inquit τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων, & oppoſitè quidem ad vocem κύριος. 3. & *Dominii* vocem ad νομοθετικὴν reſtringit, cùm κύριος ſit qui pleniſſimum rei Dominium & arbitrium habet. 4. Sed & νόμον (ibi, νόμος θαλάσσης) quæ ei præcipua errandi cauſa fuit, perperam interpretatur de l. Rhodiâ, cùm ibi, νόμος θαλάσσης conjunctim ſit, jus quodcunque prætenſum

ſum in mari, & ſæpe controverſum. 5. Adde quòd & idem interpunctionis vitium cum aliis addmittit. 6: neque jam habent ſequentia cum quibus cohærea nt. 7. & relativum *qua* in interpretatione, ibi, τῷ νόμῳ, *quâ lege* infarcit. Præ quo omni, quid perſpicuum aut fluidum magis, quàm ſi continuo ita ſpiritu Reſcriptum legatur, & interpungatur: ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων ναυτικῷ κρινέσθω, id eſt. *Sum ego quidem orbis* (& ſic maris quoque) *dominus*, *ſed tamen Ius maris* (i. jus quod in mari prætenditur, vel obtinere dicitur,) *ex lege Rhodiâ nauticâ judicetur.*

II. *Secunda* ſententia eſt eorum, in quibus Igneus, *repetit. ad l. neceſſarios* 5. §. *non alias* 2. *num.*700. 701. &c. π. *ad SC. Sylanianum* (cujus hac de re ſcripta fateor me non ſine ingenti riſu legiſſe) Forcatulus item, *in Cupidine Iuriſperito cap.* 9 & Mendoza *lib.* 1. *de pactis cap.* 5. *quæſtion.* 2. π. 25. qui hæc verba, ὁ δὲ νόμος θαλάσσης (quæ tamen Igneus Græca nunquam legere potuit, multò minùs intelligere) ita accipiunt, quaſi dixerit Antoninus, *ſe quidem mundi Dominum eſſe*, *legem autem etiam eſſe ſe maris.* Verùm & hic ſenſus perquam abſurdus eſt, qui non tantùm eodem vitio quo ſuperior laborat; tum falſæ interpunctionis, tum & interpretationis, ac nominatim cùm ita κόσμον θαλάσσῃ opponit, neque habent ſequentia cum quibus cohæreant, verùm & eo inſuper, quòd dicat Imperatorem

peratorem ſeſe & Dominum mundi dicere mox & legem quoque Maris: legem, inquam maris, quia legem mari dicere poſſit. Quaſi verò non & dominii pars ſit νομοθετικὴ, & qui *dominum* ſe jam dixerat, non & legem ſe dici poſſe jam dixiſſet? Deinde ſi id ita eſſet, ſaltem dixiſſe Imperatorem oportuiſſet non legem ſe eſſe, ſed *legem ponere poſſe*, vel *dicere*? Et quis tandem novus hic eloquentiæ flos ut Imperator in nudo breuiq; Reſcripto figurato adeò ſermone, poſteaquam ſeſe ipſum quoque legem eſſe dicat? Facilè equidem admitto, quod & antea diximus, Imperatorem, pariter ut Magiſtratum quemcumque, νόμον ἔμψυχον dici, ſed inſolens planè eſt, nulloq; ſatis exemplo aut ratione nixum, ut ipſemet Imperator ſeſe legem vocet: Quod etſi fieri poſſe diceretur, non hîc tamen adhuc admitti poſſet: alioquin enim Imperatorem nonniſi Maris legem, at non & terræ dicendum foret.

III. *Tertia* ſententia eſt Amayæ Hiſpani Iuriſconſulti, *l. Obſeruationum I. num.* 76. qui ita hanc legem interpretatur. *Quamuis ego ſim Mundi dominus & Imperator, atque ita legibus ſolutus, neque tenear ex precepto aliquo ſubditis reſpondere, adhuc tamen lex ſit domina & Regina maris, id eſt, rebus quæ in mari acciderunt imperet, cum pertineat ad res nauticas, neque fiſcus præferatur cum ſubditorum damno, ſed fiſci & priuati æquâ lance debet tractari juſtitia & ideo reſpondere tenebitur fiſcus.* Nempe, moderationis Principis hæc verba eſſe vult, ne fiſcus

ne fiſcus cum ſubditorum damno locupletetur. Verùm, vt omittam & inuolucra orationis, & communes cum aliis errores, quaſi νόμος (ibi, νόμος θαλάσσης) ſit lex: rursũ, quaſi *lex domina maris* dicatur: Item quaſi στιγμὴ ponenda ſit pôſt vocem θαλάσσης, vnde iam hæc, *ea. res*, in ſequentibus infarcit. De ipſâ ſententiâ videamus. Quibus quæſo fidiculis efficiet vnquam, vel ex quibus tandem huius legis verbis exprimet, differentiam inter ſolutam Imperatoris poteſtatem & moderationem eius hac lege contineri? Quod ſi ita eſſet, dicere etiam oportuiſſet Imperatorem, νόμος δ' τῆς θαλάσσης κύριος ἐστω, ut infrà dicitur κρινέσθω. Deinde, ſi hæc ſententia admittitur, dicendum fuerit, Imperatorem æquanimitatem ſuam in Mari tantum hîc oſtentare, & per conſequens abſolutam poteſtatem in terrâ ſibi ſemper vindicare, quod abſurdum. Quintò falſum eſt, κυρίου appellatione hîc denotari abſolutã poteſtatem, quam deſcribit æquanimitati oppoſitam: Iam enim diu eſt, cùm κυρίου ſeu *Domini* appellatio, olim quidem odioſa & ab Imperatoribus nonnullis ſpreta, his hoc tempore tribui cœpit, non quaſi index παμβασιλείας, ſolutæque poteſtatis omnibus legum repagulis, verùm ceu titulus juſtæ dominationis & Imperii Sextò toti Iurisprudentiæ adverſatur hæc ſententia, quæ nullam talem abſolutam Principis poteſtatem, imò tempeſtatem, agnoſcit, quamquam ipſe vult, quod *Vlpianus noſter* oſtendit. Tandem, quod antea quoque euicimus, non

quære-

quærebatur in ſpecie hujus legis de Principe, vel ejus fiſco, verùm de Cycladum incolis, eorùmque ſeruis, qui compendium ex naufragio quærebant, de quibus ideò Eudæmon querebatur.

IV. *Quarta* ſententia eſt Viri doctiſſimi Samuelis Petiti, *qui Miſcellan.* 3. *c.* 11. quamlibet & ipſe cujuſdem nobiſcum ſuper Dominio maris ad Imperatorem pertinente, ſententiæ, novam tamen emendationem in hac lege tentat, & ut illi locus eſſe poſſit, geminam querelam libello Eudæmonis contineri putat, ac proinde & duplex ad eas Imperatoris Antonini reſcriptum præſupponit: ſcilicet pro illis, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, reponendum putat, ὁ δὲ ἄνεμος τῆς θαλάσσης, hoc ſenſu, *Querebatur Eudæmon ſe naufragium feciſſe, & præterea merces ſuas in naufragio fuiſſe direptas: Ad prius reſpondere Antoninum, ſe quidem orbis dominum eſſe, ſed tamen vento imperium eſſe in mare, neque à ſe legem vento dici poſſe, ideoque ne faceret naufragium Eudæmon à ſe præſtari non potuiſſe.* Quod alterum verò attinet, jubere Antoninum, *ut ex lege Rhodiâ judicio experiatur.* Invitus cum viro doctiſſimo, cui ego factum diſcupio, congredior, ſed quando huc ſemel prolapſus ſum, ad inſtitutum pertinet, genuinam hujus legis ut ſententiam ita & lectionem undiquaque tueri.

Igitur obſervo primùm, id ita illi excidiſſe, tum ob vitium interpunctionis, de quo toties: tum ob minùs perſpectam horum verborum, νόμος τῆς θαλάσσης ſignificationem:

nem : ex quo gemino fermè fonte aliæ quoque ſententiæ erroneæ ſunt. Quod rem ipſam attinet, tenendum eſt, Eudæmonem non de naufragio, quaſi ei remedium quæreret conqueſtum, ſed de prædâ tantùm ſervorum publicorum. Nam etſi duos caſus in hac facti ſpecie memoret Eudæmon, puta naufragium & deprædationem, (ut & ſuperioribus capitibus eos alio fine diſtinxi) attamen adverſus deprędationem tantùm remedium ab Imperatore is poſtulat: ideò videlic. tantùm naufragii mentione factâ, tanquam ejus quod præceſſerat, quòdque poſteriori cauſam præbuerat: ideò etiam id ita implicitè & involutè proponit ναυάγιον ποιήσαντες διηρπάγημεν. Non omnia ſcilicet, quæ in facti ſpeciem vel etiam querelam conferuntur, ſeu narrantur, eò pertinent, quaſi ad ea ſingula Imperatoris reſponſum vel remedium expetatur vel exſpectetur; ſed eò ſæpe tantùm, ut caſus plenè figuretur, cum omnibus circumſtantiis ſuis, antecedentibus & conſequentibus, id genus aliis. Et quidem neceſſariò ſæpe, ut in hujus legis ſpecie, ubi non ſatis erat Eudæmoni ad atrocitatem facti, ſeu prædæ denotandam memoraſſe ſe diteptum, verùm inſuper *naufragii* factam mentionem oportuit, eò quòd atrocior ſit præda, quæ de naufragio fit, improbius furtum & latrocinium, de quo ſupra. Tandem ſi hæc ſententia admittitur, quid quæſo frigidius eſſe poſſit reſponſo Antonini? haud

aliter,

aliter, atque ſi *mortuum ſpoliatum* quis apud Principem queſtus eſſet, is verò reſponderet *non potuiſſe ſe efficere quin is moreretur.* Et tamen viro doctiſſimo, qui *de modo uſurarum* poſt hæc à me edita ſcripſit, *pag.* 204. Petiti emendatio ita placuit, ut ſi is non occupaſſet, non aliter cogitare aut excogitare ſeſe potuiſſe aſſerat, & hoc quidem argumento, quòd venti in mari imperent reverà, & ideò veteres Romani tempeſtatib. hoſtias immolarint, & ædes voverint, & Antiphanes Comicus ἄνεμον κύϱιον omnium, quę in mari ſunt & navigant, dixerit:

Ἐπὶ χϱήμασ Ινδῶν ἔμποϱος φϱονεῖ μέγα
Ωὐ ἐςὶ πάντων κύϱιος ἄνεμος κύϱιος.

Et his ſimilia ex Propertio & Virgilio. Quibus adde Propertianum, ni fallor, illud:

Ventorum eſt quodcunq; paras.

Putes Antoninum Imp. non hîc legem ſcribentem aut reſcribentem, verùm poëticum aliquod carmen effundentem, ut hîc Viro doctiſſimo reponam ſuamet ipſi verba. An hoc dignum lege & reſcripto Principis, in quo omnia candida & aperta eſſe debent?

V Sequuntur V. CL. Ioannis Seldeni duæ, ſive interpunctiones ſive interpretationes: quarum prior hæc eſt, *Ego quidem Mundi dominus, ſed verò hujuſmodi,* ſeu *illa lex* ſeu *mos eſt maris. Lege Rhodiâ decernatur nautica, quatenus eidem noſtrarum legum nulla adverſatur.* Hoc ſenſu: regulariter morem ſeu legem maris obtinere, quâ naufragorum bona ad publicanos pertineant: ut ita ὁ νόμος τῆς θαλάσσης referatur

referatur ad rem à publicanis geſtam: quæ res geſta cum breviter & ſuccinctè narrata fuiſſet in bello Eudæmonis nullis additis circumſtantiis, eā voluerit rectè Antoninus decerni, temperamentis ſervatis, ex quibus publicani bona naufragorum reſtituere cogerentur, & retrò naufragi acquieſcere neceſſe haberent, ſed quatenus interea leges Romanæ non aduerſantur. Verùm, ut omittam communes cum aliis errores, veluti interpunctionis & quòd δημοσίυς *publicos* interpretatur, coacta ſeu βίαια ſunt hæc nimis omnia, neque verbis ſatis reſpōdent Nempe vult verba iſta, ὁ ἢ νόμ☉ τῆς θαλάσσης eſſe Imperatoris fatentis morem ſeu legem hanc eſſe, ut naufragorum bona ad publicanos pertineant: Quod planè alienū eſt: nam neque id verba ullo modo ſonant, & quænam hæc oppoſitio fuerit, ἐγὼ μὲν τῦ κόσμυ κύριΘ, ὁ ἢ νόμΘ τῆς θαλάσσης, *ego quidem Mundi dominus ſum, ſed eſt hic mos & lex maris?* Certè hujus oppoſitionis vim non capio: an enim mos dominio Imperatoris Mūdi quicquā adimit? Deinde, an νόμον ſtatim & abruptè vocaſſet Antoninus, causâ non cognitâ, quam διαῤῥήδην Eudęmon diſertè indigitaverat? Præſupponebat equidem Antoninus, poſſe fieri, ut quā Eudæmō διαῤῥήδην crederet, ea νόμος θαλάσσης eſſet; ſed antequam rei veritatem reſciuiſſet, uti & ſuis ſollicitudinem à ſe abdicat, dum ad legem Rhodiam rem remittit, nihil utique decernere utramvis in partē potuit, imò neque

voluit Antoninus, ſed mò ad Iudicem negotium indeciſum remiſit: addito a ihuc temperamento quod Iudex ſequeretur. Iam *ſi ſequentia* ſpectamus, quæ à ſuperioribus vult ille CL. divellit, τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων κρινέσθω ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων νόμος ἐναντιοῦται (Quæ & ſic vertit, *Lege Rhodia decernatur Nautica quatenus eidem noſtrarũ legum nulla aduerſatur.*) Hic quæro, ubi cõpareat iſtud *quatenus*, ait enim Antoninus, ἐν οἷς &c. hoc apertâ interpretatione, *in quibus &c* ſimili formulâ quâ Iurisconſulti de conſuetudine agẽtes, *in his quæ non ex ſcripto deſcẽdunt*, & *de quibus cauſis ſcriptis legibus non utimur*. Nempe Antoninus caſuũ diverſitatem his verbis indicare voluit: hoc ſenſu, jus Maris ſecũdum leges Rhodias dijudicari oportere, non tamen iis caſibus quibus leges Imperatorũ iis contrariæ eſſent. Et ſic non prædæ modum, quod vult Seldeni ſententia, ex lege Rhodia definiri vult his verbis Antoninus, ἐν οἷς, ſed imò caſus non definiri ex eâ, ubi leges Imperatorũ contrariantur. Item quæro quod ſubjectum jam voci iſti κρινέσθω ſubjicietur, quod utique nullum erit, ſi hic verſus à priori divellitur. quo apartè ſubjectum continetur. νόμος θαλάσσης? Nempe enim, ut formatim huius ſententiæ contextum edifferam. 1. de *Iudicio* hic agitur, κρινέσθω, ait lex. 2. Cujus verò rei, ſeu quâ de re? *ſuper* νόμῳ θαλάσσης. i. *ſuper jure quod obtinere dicitur in mari.* 3. Quæ judicii forma ſive regula? τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων ναυτικῷ. *ſecũdum legẽ Rhodiã* ſeu

pr

ſcripto ejus 4. Quæ determinatio? ἐν οἷς ... της, &c. *niſi ſi qua Lex Imperatoria aduerſa*... Quid perſpicuum magis?

Altera jam Seldeni interpunctio, veritati ...oprior, eadē quidē cum hac noſtrâ eſt, ve... ...m interpretatio jam diverſa: nam & νόμον τῆς θαλάσσης itidē de facto ſeu more publi...anorū interpretatur, ita, *ſe verò lex* ſeu *mos ...le maris*: Cùm tamen neque de publicanis ... *lege* agatur: neque νόμος τῆς θαλάσσης hic ...ctū denotet, ſeu, morem, ſed *Ius* ꝙ dicitur ... mari vel prætenditur, ut ſuprâ oſtenſum ...

VI. Poſt primam hujus hypomnematis ...itionem emerſit nova Viri optimo jure ...leberrimi Cl. Salmaſii tum interpretatio, & emēdatio duplex in his verbis, ναυφρά... ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διηρπάγησαν ὑπὸ ... δημοσίων &c. ſubſiſtutâ voce παραλίᾳ ...o Ἰταλίᾳ, & voce δημοσιωνῶν loco δημοσί..., quaſi hæc lex ad publicanos pertineat ...uod ſuprà refutatum) dèque naufragio ...n in alto verùm in littore ἐν παραλίᾳ fa... hic quæſitum fuerit, an ſicut publicani ...ufragio in alto facto res in littus expulſas ...i jure tum vindicabant, vindicare pariter ...ſent, naufragio in ipſo littore ἐν παραλίᾳ ...o, quum jam terram attigiſſent. An verò ...s hic aliud jus videatur poſtulare, neque ...jus in hoc caſu fiſco competere, ut illo ...ſi in medio mari lōgè à portu vel littore ... periiſſent. Verùm ut emendatio illa ἐν ...λίᾳ nimis à vulgari ſcriptione recedit,

 quod

quod jam ſuprà dixi, cui ſimilem aliam qu non eâdem facilitate ſubſtitueret? Ita ign ſcat mihi Vir aliàs ſummi ingenii, ſi dixer nihil tam alienum comminiſci eum potui ſe. Quid enim? Nullum, puto, is locum n bis oſtendere vel edere poterit, quo de na fragio tantùm in alto mari facto id ſanci tur, ut de eo tantùm, quod in littore factu dubitari potuerit. Et quænam quæſo maj dubitandi ratio hoc caſu quàm illa? Si na fragorum bona ad fiſcum tum pertineban an minùs pertinere poterant naufragio littore facto quam in alto facto & nave m cibûſve ad littus expulſis? Cedo mihi v minimam rationē. Et ſanè non leges noſt non illæ quas Græci Rhetores paſſim all gant, indiſtinctè de *naufragio* agunt in m facto & ſic in quacumque ejus parte? E caſus fortè ille prior frequentetur. Tande cur bona iſta olim fiſco vindicarentur, h unica ratio fuit, quod ἀδέσποτον crederet quidquid tandem mare jactaret, quidqu inde ad littus expelleretur, quidquid int terram attingeret, ut loquitur Antonini n ſtri *lex* 1. *Cod. de naufrag.* ubi obiter n tandum, duos caſus eâ legē comprehe di, priorem, quum navis ipſa nauf gio expulſa ad littus fuit: poſteriore ubi exinde aliqua terram attigerunt: enim ibi legere malo, *ſi quid inde aliqu terram attigerit*: *ſi quid inde*, puta me aliqua vel pars navis, *aliquam terra* ſive portus is ſit, ſive alia littoris pars.

MA

MARTINI SCHOOCKII MPERIUM MARITIMUM,

In quo cuique Genti; maxime Belgis Fœderatis ſuus vindicatur honos.

CAPUT I.

e prærogativis, variiſque commodis imperii maritimi.

UT ergo hoc agamus, atque ad primũ caput ſeſe convertat oratio, ſic de Themiſtocle Plutarchus in ejus vita: *ſim,* inquit, *civitatem* (intelligit Athe-) *ad mare exercendum deduxit quos terre- bello adverſus ſui quidem ſimiles ſatis robo- habere, navium vero præſidio & barbaros ulſare, & Græciæ imperium adipiſci poſſe lligebat.* Magni ſcil. momenti eſt mari- um imperium, & ex militiæ navalis uſu, lius longe eſt terreſtri Quomodo teſtan- hiſtoriæ eos, qui mari plurimum poſ-, celeritate & magnitudine rerum geſta- aliis gentibus longe præſtitiſſe Ideoq; gnorum principum cura antiquiſſima

 fuit,

fuit, navalis apparatus, & quo pacto ora maritimam obſervare, portus occupare, fl mina, fauces munire poſſent, in ſumma e ɛere, autore Thucydide, ne qua gens ali claſſe præpolleret. Ita nunc ſe res habet, qui quis dominus maris eſt, is rerum potiatu oportet. Vide Ariſtot lib. 7. Polit. cap. Hinc Alexandrini prælio navali á Cæſa ſuperati, claſſis reparandæ (qua ille tota ſe potitus erat) *cogitationem non depoſuerun videbant enim non auxilia Cæſari non comm atus ſupportari poſſe ſi claſſe ipſi valerent.* u ſcribit Hirt. de bell. Alexandr. Circumfe tur Coſmi de Medicis Hetruriæ ducis d. & quo ſignificavit: *Non habendum potente qui potentiæ terreſtri, non ſimul etiam navale conjũxerit* Quo vero diſtincte cõſtare quea in quo maris prærogativæ conſiſtant, e per partes conſideratum ibimus, I. *Claſſis, c maris, per quod illa fertur, ſubſidio, hoſtilis vi ſi qua ingruat, facile propulſari poteſt* Ita oli Athenienſes, cum terra Lacedæmoniis pare eſſe non poſſent, claſſe eoſdem ſunt adort adeoque iis inſtitere, ut terreſtrem exerci domum revocare coacti fuerint: imo a Naupactum duce Phormione navali præli non ſolum eos ſuperarunt, ſed ad eas qu que anguſtias redegerunt, ut *feſſi tot ma pacem in annos quinquaginta facere coacti fu rint*, quemadmodum poſt Thucydide lib. 2. refert Juſtinus lib. 3. cap. 7. T miſtocles etiam animadvertens, Perſ

Athenie

Athenis patriæ ſuæ inſidiari, author fuit ci-
vibus ſuis, ut l. d. è Plutarcho patet, muros
ligneos extruerent, omniaque, quæ deporta-
ri poterant, in naves comportarent, quod
conſilium univerſæ Græciæ tantopere pro-
fuit, ut cautum quodcunque conſilium *The-
miſtocleū* á Cicerone vocetur lib. 10 Ep. ad
Att ep. 7. Speciatī obſeſſis arctiſſime hac ra-
tione certiſſimæ ſuppetiæ ferri poſſūt. Apud
Romanos Appius Claudius Caudex, dictus
Codicibus ſive trabibus junctis, videatur
de eo Seneca lib. de Provid. cap 13.) milſus
fuit ad liberādos Mamertianos á Carthagi-
nenſibus obſeſſos. Quod uti facilius obti-
neret primum navi piſcatoria exploratum
caſtra hoſtium trajecit: poſt capta vi á pedi-
tu ſua trireme, eadem legione in Siciliam
trajecit, reique curatæ exitū invenit. Suetō.
Tiberio cap. 2. ſcribit: plena claſſe eum Si-
ciliam invectum. Rupellis in Gallia, au&ore
Thuano, cum Hugonotti (ſic Proteſtantes
appellant) terra prorſus eſſent clauſi & cir-
cumſepti, ſic ut ne muſculus pene ad eos pe-
netrare poſſet; mare vicinum ſalutem attu-
litdum ſubſidium præbuit. Perrupta enim
catena ex craſſiſſimo ferro facta, qua maris
aludebatur uſus & claſſis tranſitu prohibe-
batur, cōmeatus & milites maximo ſpiritu
civitatem ſeſe immiſere. Similiter Gabriel
Lgius Mongomerius cū Rotomagi ab Frā-
ciſcoduce Guiſio arctiſſime obſideretur, &

 tranverſa

tranſverſa per Sequanam catena effugium ad mare ſibi intercluſum videret, æſtu obſervato, navi cum militibus conſcenſa, ubi ad catenam ventum, omnes in puppim tranſire juſſit; mox navi velis remiſque ſupra catenam acta, eoſdem ad proram duxit, atque ita evaſit. Hoc univerſæ Galliæ pro miraculo fuit: at quibus noti ſunt Procopii libri de bello Gothico, id á Beliſario uſurpatum ſciunt, ſecundo ipſius in Italiam reditu Romana Totilæ obſidione. 2. Hoc privilegio quoque gaudent maris accolæ qui claſſe & navibus valent, quod difficulter à ſuis adverſariis, ut ut potentibus, ſubigi poſſint, maxime ſi inſulam incolant. Nam qui continenti ab una parte adjacent, minus á periculo ſunt immunes, quemadmodum hoc cū ratione obſervatū eſt â Xenophonte, in lib. de Repub. Athen ubi hæc occurrunt: *Sed unum eis* (Athenienſibus) *deeſt. Nam ſi inſulam habitantes, mare tenerent, liceret illis damnum inferre, ſi vellent, neque tamē pati quamdiu mare tenerent, ita ut neque ipſorū fines vaſtarentur, neque hoſtes admitterēt. Nūc agri cultores & locupletes Athenīēſes ad volūtatē hoſtiū ſe accommodāt.* Quod ſi vero cōtingat duos populos de ſūmo imperio cōtendere, & unus terra tantū valeat, alter mari vero maxime, aut ille ſuccumbet, aut ſaltē ab hoc maximas clades accipiet. Videre pi e cæteris eſt in Romanis & Carthaginenſibus, quādiu enim illi terra ſolū bellum

lum geſſerunt, hi ſuperiores fuerunt, ſed ſimulac & ipſi mare fuerunt ingreſſi, ſuccumbere paulatim Carthaginenſes cæperunt. Polybius lib. 1. cap 20. *Lucius Valerius*, inquit, *& T. Octacilius poſt illos creati qui Agrigentum ceperant, commode Siciliam videbantur adminiſtrare, ſed quia maris imperium ſine controverſia obtinebant Carthaginenſes, belli rationes paribus ponderibus libratas in ancipiti habebāt. Proximis namque temporibus poſtquam eſſet ab iis captum Agrigentum, ſicut mediterraneæ urbes multæ parum ſibi fidentes ad terreſtres eorum copias, Romanis ſe adjunxerunt: ita etiā vel plures è maritimis quas claſſis Punica terrore exanimabat, ab iiſdem defecerant, qui igitur magis magiſque in dies intelligerent, belli palmam ob ejuſmodi cauſſas modo huc modo illuc inclinare: hoc amplius Italiam quidem per ſæpe à Carthaginenſium claſſe agi ferri. Africā vero ab omni penitus damno manere immunem: faciendum ſibi putarunt, ut ſicut Carthaginenſes; ita etiam ipſi mare ingrederentur.* In Venetis ac Muſulmannis idē obſervare eſt Quoties non hi ab illis, alias licet potentiſſimis, maxima cladè affecti fuerunt, quod maris nulla experimenta haberent, claſſeque minus valerent? Ut vero adverſa acuunt ſapiētiā, de muris quoq; ligneis cogitavit Ottomannicus Imperator, provinciam claſſis parandæ delegando Afris maris accolis, adeo ut hoc tempore imperio ſuo opes accommodatas habeat, non terra ſolum, ſed etiam mari. Nec tamē hactenus ſubigere po-

rem Veuetos; derelictus licet ab omnibus prope Europæ principibus; quod ab his navali ſcientia longe ſuperetur. Guilielmus Tyrius Belli Sacri Scriptor alicubi memoriæ prodidit, quod Charachux, cujus unius conſiliis Orientem magnus ille Saladinus ſubegit, á Chriſtianis captus, atque rogatus, quibus modis Palæſtina capi, ac deinceps defendi poſſet, reſponderit: Sola claſſe, maritimoque imperio capi poſſe Ægyptum, ultro dein, ſecuturam Palæſtinam, nec aliā viam eſſe? *Ad hoc aliam quoque viam nō eſſe, qua aut Saracenis adimi, aut ad Chriſtianos imperium transferri poſſit*; Ut attendi debet ratio gerendi belli, curandumque, ut quam minimo cum impendio & periculo illud adminiſtretur, ita longe maximæ mari præ terra prærogativæ debentur, vel Xenophonte teſte, cujus hæc verba ex libello jam ante ad partes vocato notatu digna: *Qui* inquit, *mare vicinum habent, multa audent facere, qua qui terra ſolum vacent, facere timeāt. Licet enim adpellere maritimis, ubi vel hoſtes nulli ſunt vel pauci ſunt. Quid ſi adventantibus inopinati ſuperveniant, pars celeritate conſcenſis rurſum navibus licet ſolvere. Longius præterea in agrum hoſtilem excurrere licet, quia reditus eſt expeditus quam terreſtri exercitus tentare, cujus & tarda ſunt itinera, commeatus etiam longioris itineris paratu difficilis Terreſtri porro (pergit Xenoph.) copia, vel per amica vadendū eſt per amicitiā, vel per hoſtilia pugnādo. Navigantibus autem ſi ſe alicubi videant imparas*

impares, devitare ejus terram poſſunt ac præternavigare donec vel in pacata veniant, vel ad eos quibus pares pugnando certe inferiores non ſint. Deinde & hoc poteſt addi, cum in bello magnum momentū ad victoriam habeat celeritas, marinæ expeditiones jure merito præ terreſtribus prærogativam ſibi hic vendicant: Cum judicio Botereus lib. 10 Polit cap. 8 *Quo terreſtres, inquit, copiæ majores, eo ad itinera ſunt tardiores & ineptiores. Difficulter exercitus difficilius frumēta, difficillime apparatus bellici coguntur. Itineribus protaxis abſumūtur equi, affligātur milites. ob cōtinuā aëris mutationē. Quin etiam omnia majoribus conſtant ſumptibus terra, quam mari. Exemplo nobis eſt Turca, qui Conſtantinopoli ad Vngariæ limites aut Perſiæ viciniam quoties devenit, in regreſſu deinceps non tantum ēre optimam æſtatis partem inſumit, ſed etiam optimum exercitus florem variis caſibus deper ſicut lucro damnum ſi non ſuperius, ad minimū par ſit. Ideo itaque labores allevat apparatus nauticus, quia facilius omnia transferuntur. Brevi enim tempore ingens exercitus una cum aliis impedimentis procul aſportari poſſūt: & qui mari dominatur, multis in locis hoſtē nihil tale opinantē adoriri, reprimere & conſilii ăcipitem reddere poteſt* Facit huc præ aliis eximius ille Taciti locus lib. 2. Ann. cap. 5. *Germanicus, celerandæ victoriæ intentior, tractare præliorū vias, & quæ ſibi tertium jam annum belliganti ſæva vel proſpera eveniſſēt: fūdi Germanos acie & juſtis locis; ſed juvari ſylvis, paludibus,*

breviæſtate & præmatura hyeme: ſuum militem haud perinde vulneribus, quam ſpatiis itinerum & damno armorum adfici: feſſas Gallias miniſtrandis equis; longum impedimentorum agmen, opportunum ad inſidias, defenſantibus iniquum, at ſi mare intretur promtam ipſis poſſeſſionem & hoſtibus ignotam: ſimul bellum maturius incipi, legioneſque & commeatus pariter vehi: integrum equitem, equoſque, per ora & alveos fluminum, mediæ in Germaniæ fore. Igitur huc intenderet, &c. 4. Quum vero mercatura maximum reipub. fulcrum ſit, nullique ſecundum Platonem lib. II. de LL. poſſit conſtitui civitas *quæ non indigeat advectionibus*: fatendum eſt mercaturam, ſolum florere poſſe in iis civitatibus, quæ non tam mari adjacent, quã maris imperium obtinent. Naturæ enim & ſitus ſi ſolum munere gaudeant, tum ipſi, tum merces eorum prædæ erunt iis, qui in mari dominantur. Accedit per hanc maris commoditatem & imperium illud quoque, quod è Xenophonte loco jam ante citato eſt notatum: *Frugum*, inquit, *morbos, qui cœli vitio conciliantur, difficilius ſuſtinent, qui terra ſolum valent & graviſſima inde ſentiunt incommoda, longe melius ferunt, aut vim majorem aut cœli injurias, qui mari ſũt vicini. Nam ſi quæ deficiant ipſis fruges, poſſunt mari ex illis locis procurari, quibus cœlum fuit æquius, quibuſque ubertim provenit, quod adflictum eſt domi.* 5. Quam difficile ſit uni alicui urbi imperiũ auguſtius acquirere, una abun-

unde Roma oſtendit; quæ ut Florus in Prologo loquitur, *ducentos quinquaginta per annos circa matrem ſuam cum finitimis luctata eſt*: longe autem hoc facilius ubi maritimæ eſt, ut præter Carthaginem, quæ maris beneficio brevi ſurrexit, ac longe lateque potentiam ſuam exeruit, (quemadmodum præ aliis Diodorus Siculus docet) hoc quoque oſtendit Spina Italiæ urbs, ad mare ſuperum ſita, quæ teſte Strabone lib. 5. & Dionyſ. Halicarnaſſæo lib. 1. aliquamdiu maris imperium obtinuit. Item Luna Etruſci imperii ſedes, de qua conſulendus idem Strabo l. d. nec non Maſſilia poſtea uberius conſideranda, Athenæ, Lacedæmon, Rhodus, & Lesbus: hodie vero Venetiæ, Genua, & Tunetum in Africa. Inde Iſocrates Orat. Panathenaica, expendens commoda, quæ modo Laconica, modo Attica civitas ex dominatu in mari percipere ſolet, diſerte dicit: *Evenit, ut utraque civitas maris imperio potiretur; quod utri tenuerint, utrumque pleraſque dicto audientes habent.* Eandem ob cauſam Cicero lib. 10. ad Att. ep. . conſilium id Temiſtocleum vocat, quod in Pōpejus etiā Romæ amplexus eſt: *Qui mare teneat, eum neceſſe eſſe rerum potiri.* Huc ſpectat & illud quod Corn. Nepos, de Timotheo Athenienſium Præfecto illuſtri refert. *Corcyram*, inquit, *ſub imperium Athenienſium redegit, ſocioſque idē adjunxit Epirotas, Athamanas, Chaonas, omneſque eas gentes, quæ mare illud adjacēt. Quo facto Lacedæmonii*

ii diutina contentione deſtiterunt, & ſua ſpont[e] Athenienſibus imperii maritimi principatu[m] conceſſerunt, pacemque his legibus conſtitu[e]runt, ut Athenienſes mari duces eſſent: Qua vi[c]ctoria tanta fuit Atticis lætitiæ, ut tum ar[æ] PACI publice ſint factæ, eique Deæ pulvina[r] ſit inſtitutum. Scil. tum demum aris & delubris Pacem velut Numen venerandam eſſe cenſuerunt Athenienſes, poſtquam aſſerto maris imperio, illam certam ſtabilemqu[e] fore ſciebant. Is quippe ſolus in pace ſecurus, qui diligenter providit, quomodo illiu[s] tempore, dominatum in mari ſartum tectũ que ſibi præſtare queat. 6 Periodi quædam, fatales quaſi, imperiorum eſſe ſolent, breviores tamen illæ ſunt, ubi terreſtris ſolum potentiæ viribus hæc nituntur, aut ſi breviores non ſint, pluribus ſaltem mutationibus ſubſunt. Non æque vero mutabile imperiũ illud, quod maris quoque præſidio præcipue nititur, ut non ſolum Tyri & Sidoni[s] reſp. de qua præter Strabonem lib. 16. conſulendus quoq; Eſaias Propheta cap. 23. oſtendit, item Tyrrhenorum imperiũ, quod diuturnum admodum fuiſſe docent Halicarnaſſæus lib. 1. & Strabo lib. 5. ſed hodie quoque Venetorum reſp. exemplo ſuo probat. Inde Romani, poſtquam ſemel mari potentes facti erant, tam ſedulo caverunt, ne illius potentiæ quos æmulos haberent, uti poſtea diſtinctius expendemus: utque teſtis eſt Scribanius Jeſuita lib. 2. Inſtit. Polit. cap.

...o. 38. Carolus V. Imper. author fuit Phi-
...ppo II. filio, ut maris ſibi imperium pa-
...ret, *ſi pacata regna vellet, ſi amulos potentiæ ... Reges ac Reſp. extra ferrum, arma, noxiaſq; ... litiones; Proregeſque in officio continere ſi no- ... rum rerum ſtudia frangere; ſi denique extra ... ſilem metum tranquillam vitam ducere.*

CAPUT II.

...uid ſit imperium maris obtinere; & quinam ſecundum Euſebium illud obtinuerint in mari mediterraneo.

...Ti ergo ex præcedētibus conſtat, quæ-nam maritimi imperii prærogativæ ... que commoda ſint, ita deinceps deſpici-dū eſt, quinā illud per naves obtinuerint, ...t ut Græci ſcriptores loqui amant; ...ϑαλασσοκρατῆσαι. Non debet vero hoc ita ...m multis intelligi, quaſi vaſtus Oceanus, ... quo nulli limites definiri poſſunt, domi-... capax ſit; ſed quod quidam armis præva-...tes aut in eo imperium affectarint, aut in ...ri Mediterraneo, quod neutiquam cum ...o Oceano componi poteſt, reipſa quo-...: imperium illud exercuerint magis, ...os prohibendo illius maris uſu, ...m reipſa poſſederint. Huc reſpiciens ...tus in voce *Tyria*, de Pœnis hæc habet: ...*o oriundi Pœni, adeo potentes maris fue-... ut omnibus aliis mortalibus navigatio eſſet periculoſa.*

periculoſa: verbum autem θαλασσοκρατεῖν ut recte obſervatum à Caſaub. ad lib. 1 Polyb. nihil aliud notat proprie, quam copiis navalibus præſtare. Vt hoc agamus incipimus ab iis qui annotantur apud Euſebium in Chronico, & quidem per diſtinctas temporis periodos; non tamen omnes, ſed illi ſolum, qui ad orientem ſedes habuerunt, quibus nos tamen, priorem quoque catalogum ulterius pertexentes, Occidentales populos conjungemus. Ab Orientalibus ergo populis incipiendo primi hîc occurrunt Cretenſes, quod tamen negat Euſebius Latinus numero D.CC. LXVI. eorumque Rex Minos, quemadmodum teſtis eſt Diodor. Siculus lib. 4. Biblioth. & Nicolaus Damaſcenus apud Stobæum, cap. 42. Adeo vero in re nautica exercitati fuere Cretenſes, ut Græci, teſte Strabone lib. 10. Geographiæ. ſoliti fuerint dicere de eo, qui rem ſibi probe notam diſſimulat: *Scilicet Cretenſis mare ignorat!* Atque eandem ob cauſam ſic Phædra in Hippolyto apud Senecam Tragicum:

O magna vaſti Creta dominatrix freti,
Cujus per omne littus innumeræ rates
Tenuere Pontum: quidquid Aſſyria tenus
Tellure, Nereus per vium roſtris ſecat.

Ab Euſebio ad numerū D.CCC. XL. primo loco in hoc catalogo recenſentur Lydii, nos tamen ob ea, quæ antea dicta fuerunt, *ſecundum* locum aſſignamus. *Tertio* loco ab eodem Euſebio Pelaſgi referuntur, ita enim

ad

ad annū D. CCCC.LIX. ſcribit: *Pelaſgi mare obtinuerūt LV. annos*, aut ut in Græca editione legitur *annos* LXXXV: cōſtat autē ex Strabone lib. 5. Geogr & Dionyſ. Halicarnaſſæo lib. 1. Pelaſgos vetuſtiſſimam Græcorum gentem ſtabiles ſedes non habuiſſe, ſed Hamaxobiorum more huc illuc pervagatos fuiſſe. *Quarto* loco occurrunt Thraces, iiſque Euſebius ad annum M. XIV. aſſignat annos LXXIX, uti ex Græca ejuſdem Euſebii editione reſtituere convenit. Dein *quinto* loco notari debent Rhodii, quibus quanquā Euſebius aſſignat ſolummodo annos XXIII. diuturnius tamen imperium iis aſſignandū eſſe, aliorum ſcriptorum authoritate evinci poſſe videtur. Ita quippe Strabo lib. 14. Geograph. *Rhodiorum urbi admiranda eſt legum optimarum conſervatio, & induſtria cum alis reip partibus, tum navalibus quæ impenſa copiis: quibus freti Rhodii maris imperium diu obtinuerunt, piratas ſuſtulerunt*, Diu obtinuiſſe maris imperium Rhodum teſtatur Strabo, nec aliud innuere velle videtur A. Gellius, quando lib. 7. Noct. Att cap 3. ita loquitur: *Civitas Rhodienſis & inſulæ opportunitate, & operū nobilitate & navigādi ſolertia navalibuſque victoriis celebrata eſt.* Et ſi aliunde hoc nō cōſtaret, vel inde liquere poſſet, quod leges Rhodiorū navāles, haud ſecus atque aliquod neceſſarium carmen, legiſq; naturalis quaſi dictamen à Romanis pariter atque Græcis receptæ fuerint: Præteritis Pādectis, quæ legē Rhodiam de jactu agnoſcūt

lib.

lib. xiv. tit. 2. Harmenopulus quoque Judex Theſſalonicenſis lib. 2. tit. 11. teſtatur omnes marinas controverſias ſecundũ Rhodiam legem decidi ſolere, quod & calculo ſuo comprobat quiſquis eſt author (nondum enim hoc liquet) qui relatus eſt ad calcem tom 2 de Jure Græco-Romano, antehac a Frehero editus. Prærogativa autẽ hac leges hæ gavisæ ſunt a tempore Tiberii, ut docet *Ius Græco Romanum tom. 2. pag. 265.* *Sexto* dein loco Phryges apud Euſebium recenſentur, ita enim ad annum M. C. XXVII. *Mare obtinuerunt Phryges annos* XXI. Quinam deinceps in mari dominati fuerint, dici non poteſt, ſiquidem ad VI. Euſebii numerum, qui nobis VII. hiatus ingens in ipſis MSS. Cdd. occurrit. *Octavo* dein loco, aut ut Euſebius vult *ſeptimo*, *ſuccedunt* Phœnices, ita enim ad annum M. C. XCII. *ſeptimo Phœnices mare obtinuerunt*: præ aliis autem Tyri atque Sidonis incolæ, quorum navigationes in hiſtoriis longe celebratiſſimæ ſunt. De Tyriis quidem ſic Strabo lib. 16. *Quantum claſſe potuerint, argumento evidenti eſt magnitudo & multitudo coloniarum ab iis deductarum.* Libro autem undecimo quodam loco has ἀποικίας non pauciores trecentis fuiſſe teſtatur. Et eleganter de hac ipſa Tyro Plin. lib. 12 cap. 2. *Olim portu clara urbibus genitis, Lapti, Utica & illa Romani orbis æmula terrarũ orbis avida Carthagine, etiam Gadibus extra orbẽ conditis.* Quæ omnia ingentẽ potẽtiam unus hujus urbis, in mari dominantis, arguunt.

arguunt Atque ob hanc cauſſam Solomon fœdus fecit cum Hiramo urbis illius rege, ut legere eſt, 1. Reg. 5. ac primitus videtur iniiſſe ſocietatem claſſicam, quam vulgo *Amiralitatem* vocant ab *Amiralio* voce, ſignificante Thalaſſiarcham, quæ & ipſa notante Voſſio lib 2. de Vitiis Lat. Serm. deſcendit ab Arabico *emir*, vel *amira*, quod *præfectum*, vel *dominum* ſignificat. *Nono* loco deinde referuntur Ægyptii, de quibus ſic Euſeb. ad annum M. CC. XXX. *Ægyptii poſt Phœnices mare obtinuerunt* X Sequuntur Mileſii. Euſeb M. CC. LXV. Olympiade VI. *Mare obtinent Mileſii. conſtruxeruntque urbem in Ægypto Naucratim.* Ab his, teſte Strabone lib. 12. condita eſt Synope, ad Pontum Euxinum ſita, *quæ in ſua poteſtate habuit mare, quod intra Cyaneas inſulas volvitur* XI. Occurrunt Cares. Euſeb. M. CC. LXXXIV. Olymp. XI. *Mare obtinent Cares.* Caſtor antiquus apud Suidam Scriptor: *Dicuntur Cares obtinuiſſe maris imperium tempore Minois Cretẽſis.* Similiter Diod Siculus lib 5. Biblioth. *teſtatur eos temporibus Trojanis tum inſulam Lesbum, tum etiam maris imperium obtinuiſſe.* XII. Ipſi Lesbii ſeſe offerunt, de quibus ſic Euſebius M. CCC. XL. Olymp. XXXVII. *Poſt Cares mare obtinuerunt Lesbii annos* LXIX. Succedunt XIII. Phocenſes, qui ſi fides adhibenda ſit Latinis Euſebii Codicibus, maris imperium obtinuiſſent per annos XLIV. Quo ſequentes numeri apud Euſebium deinceps deficiunt, hiatu occurrente tum in Latinis Codicibus, tum etiam

in Græcis ipſius Scaligeri Excerptis XVI. Ergo notandi ſunt Naxii, de quibus hæc Scaliger ex Græcis ſuis Excerptis: *Naxii decimi quinti mare obtinuerunt annos decem.* Eſt autem Naxus una è Cycladibus, de cujus priſcis inquilinis ut multa habet Diod. Siculus lib. 5 Bibl. ita hæc inter alia refert: *Hinc factum, ut magnos ad felicitatem progreſſus inſula faceret, egregiamque ſibi claſſem compararet, & inter primos à Xerxe deficiens, ſtrenuam ad debellandos pugna navali barbaros operam conferret; nec obſcurum in prælio ad Plataas Societatis ſpecimen ederet.* Dein Eretrienſes commemorari debent, de quibus ſic Euſebius Scaligeri, ex iiſdem Græcis excerptis: *Poſt Naxios Eretrienſes decimi ſexti maris imperium obtinuerunt annis ſeptē.* Eſt autē Eretria teſte Strab. lib. 10. Geogr. urbs in Eubœa inſula, opibus admodum potens, ac ſecunda à Chalcide, quæ olim totius inſulæ metropolis atque caput erat. *Decimo ſeptimo* in loco, pro quo ſubſtituere deberemus XVIII. in mar. dominati ſunt Æginetæ. Variat autem hic Euſebius Hieronymianus ab Euſebio Græco. Apud illum ſic legitur ad annum M. D. VIII Olympiade LXVIII. *Decimo ſeptimo mare obtinent Æginetæ, annos XX. uſque ad tranſitum Xerxis.* Græca vero verba, ſi quis Latine ea reddat, ita ſonabūt: *Gelo Syracuſis dominatus eſt annos* VII. *Decimi ſeptimi mare obtinuerūt Æginetæ annos* X. De hoc autē Æginetarum maris imperio agit quoq; Strabo lib. 8. maxime vero Ælianus, lib.

lib.12 var hiſtor.cap.10. ſic per interpretem ſcribens: *Æginetæ quondam plurimum inter univerſos Græcos poterant, temporis fertilitatē & oportunitatē nacti Copias enim navalespoſſidebant, & erāt potētiſſimi, ſed & contra Perſas emicuerunt, & idcirco præmium fortitudinis inter primos ſunt conſecuti, & primi nomiſma cuderunt, quod ex ipſis nomen accepit, ut Æginenſe nomiſma vocaretur.*

CAPVT III.

Quoniam præter eos, quos Euſebius enumerat, amplius in Oriente olim mari plurimum potuerint.

POſt Æginetarum imperium maritimū, alios populos nō cōmemorat in Chronico ſuo Euſebius: quum vero dicat, eos maris imperium obtinuiſſe uſq; ad tranſitū Xerxis, quinam illis ſucceſſerint non eſt obſcurum. Interim oblivione non ſunt prætereundi Jones, forte ante Naxios ab Euſebio collocati. De quibus ſic Thucyd. lib. 1. *Multo poſt* (nempe poſt Corinthiorum vires maritimas) *penes Iones res navalis fuit ætate Cyri primi Perſarum Regis, ejuſque filii Cambyſis Etiam & cum Cyro pugnantes ſuo mari aliquandiu potiti ſunt.* Ex Græcis, qui in mari valuerint ante Æginetas, in quibus Euſebius ſubſtitit, alii nō occurrūt. Ex quo vero Xerxes

nes Perſarum Res, præter equitum peditumque nubes, naves mille ducentas (teſtibus Herodoto, Diodoro Siculo, Corn. Nepote, & Juſtino) in Græciam ad eam occupandã expediit, per Themiſtoclem non tam Athenienſes, quam omnes in univerſum Græci plurimum æſtimari cœperunt: hic enim qua erat prudentia, gnarus *neque prælio pedeſtri* (verba ſunt Frontini lib. 1. cap. 3.) *neque finium tutelæ, neque obſidioni ſufficere Athenienſes*; ſuis author fuit, ut claſſem quam validam inſtruerent, qua ad anguſtias Salaminii freti opportune Regis claſſem aggreſſus, eam partim depreſſit, partim profundo merſit, partim fugere compulit: Regum ſuberbiſſimo, cujus claſſi mare antea anguſtum videbatur, cum uno piſcatorio lembo, ignominioſe, exercitu pedeſtri adhuc integro, ſe ſubducente. Poſt victoriam de Xerxe atque Perſis relatam, principatum Græciæ, mariſque imperium per vices obtinuerunt Athenienſes & Lacedæmonii. Sed poſtquam continuis diſſenſionibus & bello fractæ ſunt horum opes; terra marique latè imperitarunt in Europa & Aſia reges Macedonici, quorum tamen maritimum imperium valde fuit incertum, quum modo qui in Aſia & Syria regnabant, prævalerent copiis navalibus; modo qui in Macedonia rerum potiebantur plurimum mari poſſent, ut in Bibliotheca refert Diodorus, qui etiam lib. XVIII. auctor eſt, Athenienſes aliquot in mari à Macedonibus clades accepiſſe.

piſſe. Hoc ſolū addatur ab Alexandro Magno uſque Macedonicæ potentiæ conſortes valde ſolicitos fuiſſe de aſſerendo dominatu in mari. Et ut ab Alexādro ipſo incipiamus, Tyrios maris dominos, in poteſtatem ſuam redigiſſet nunquam, niſi á vicinis eorum naves accepiſſet domita potentiſſima illa urbe, teſte Curt. lib. 4. *mare ante omnia à piraticis claſſibus vindicare* ſtuduit: & niſi mors fato propera prohibuiſſet (fidem faciente Juliano Imp. Orat. 3.) Europam invaſiſſet, quo *non minus mari, quam Telluris poſſet eſſe Dominus.* Longa ſerie poſt eum, Patroclus (videatur Athen. lib. 8, Dipnoſoph.) Ptolemæi Lagi Filii dux, ad Antigonum regem piſces ſimul & recentes ficus miſit; cumque ambigerent adſtantes, quid illo munere ſignificaretur, Antigonus lepide dixit, ſatis ſe intelligere quid ſibi vellet Patroclus. Aut enim vult Patroclus, *imperium maris nobis eſſe occupandum, aut rodendas ficus.* Hoc eſt, aut ignavum & mollem videri, aut maris dominum fieri.

CAPUT IV.

De populis ad Occidentem, uſque ad Romanos maris potentes.

SEpoſito Oriente, ad Occidentem nos convertimus, certum ſiquidem eſt, neque Græcos, neque quos alios, ex iis, qui ni memorati ſunt, ad Occidentem uſque mais

maris dominium extendiſſe, eoque, prius quam expendimus, quinam populi poſt Romanorum imperium mare obtinuerint, eos cõſiderare convenit, qui ante adultam illorum potentiam, in Occidente ejuſdem imperium ſibi vindicarunt. Primo hic occurrit Spina in Italia, ad mare ſuperum ſita, Ravennæ proxima, atque antiquiſſima Græcorum colonia. De illa ita Strabo lib. 5 Geogr. *Spina nunc vicus, quondam Græca urbs nobilis, quando & Spinitarum theſaurus Delphis oſtenditur, & alioqui fertur eos maris imperium obtinuiſſe, ajunt etiam ad mare fuiſſe ſitam: nunc in mediterraneis eſt ſtadiis à mari, xc.* Præterquam vero, quod Eudoxus & Artemidorus hujus ejuſdem Spinæ quoque meminerunt apud Stephanum in Comm. de Urbibus de maritimo hoc imperio amplius ſcribit Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 1. Ant. Rom. poſtquam enim egiſſet de Græcis, qui Spinam condiderunt, eoque coloniam deduxerunt, hæc tandem ſubjicit: *Fortunatiſſimi fuerunt omnium maris Ionii accolarum, diu maris imperio potiti: & decimas ex maritimis proventibus ſi qui alii ſplendidiſſimas Delphos Deo mittebant.* Commemorandi deinceps ſunt Tyrrheni, quorum tum illuſtre imperium maritimum, tum etiam diuturnum fuit. Strab. lib. 5. quo loco de portu Lunenſi agit, hæc inter alia: *Luna urbs eſt & portus, urbs quidẽ magna, ſed portus maximus juxta ac pulcherrimus, plures includens portus, omnes prope littus profũdos, quale omni-*

convenit eſſe receptaculũ hominũ, qui tanti aris tanto tẽpore dominiũ obtinuerunt. Dion. alicarnaſſæos l. 1. quo loco agit de appel-tione maris Tyrrhenici : *Ex quo Tyrrheni aris domini facti ſunt, eminere cœperunt in-rre iquos Latii populos* Calculo ſuo probat oc quoque Diodorus Siculus lib. 5. ita de llis loquens: *Claſſe pollentes, diu maris impe-ium tenuere: & mare Italiæ ſubjectum Tyrrhe-am de ſuo nomine appellarunt.* Hetruſcorũ orum potentiam fregit atque obſcuravit arthaginenſium dominatio: quamdiu e-m res Punicæ viguerunt, ſupremum ma-s moderamen obtinuerunt. Polyb. lib. 1. c. . *Carthaginenſes, penes quos maris imperium at.* Ante Romanos tentavit hoc illis adi-ere Agathocles, homo aſtutus, & ſingulari exteritate atque fortitudine præditus: ſe-el quoque victis, ſupra ſpem ac votum ope Carthaginenſibus, victoriæ præmiũ aris imperium accepit. Diod. Siculus lib.).cap. 63. *Agathocles nec ſpem habens in mari arthaginenſes ſuperandi, præter omnium opi-onem navali eos prælio devicit: & mare dein-ps in poteſtate habens, ſecurum mercatoribus anſitum præſtitit.* Sed quod ex inſperato e-t cõſecutus, mox iterum amiſit, omnibus ricæ populis ob immanem, quam in ami-s pariter atque hoſtes crudelitatem exer-bat, ab eo deficientibus. Obtinuiſſe autem minatum hunc videntur uſque ad bellũ nicum primum, quod Olympiadis c. viii. anno ultimo incepit. Ita quippe

L Polybius

Polyb. circa hoc tēpus *Carthag. n. ſil. us M[...] dominiū citra cōtroverſiā obtinētibus.* Nec h[...] prætereūdū, ꝙ Plinius l.2.c.67. refert, *H[...] onem* (Pænus hic erat) *Carthaginis potent[...] florente, circumvectum à Gadibus ad finē u[...] Arabiæ, navigationem eam prodidiſſe ſcrip[...]* Atque ne quis miretur Promōtorium bo[...] Spei, quod ignorasse Ptolemæū conſtat, [...] lis jam temporibus circumnavigatum: *ib[...]* ab eodē Plinio refertur, in ſinu Arabico, [...] ibi gerente C. Cæſare Auguſti Nepote, ſig[...] naviū ex Hiſpanienſibus naufragiis reper[...] agnitaque fuiſſe: Sive naves illæ fuerint H[...] panicæ, ſive ex Hiſpania profectæ. quomo[...] & Corn. Nepos (apud Plin. ib. & Melam li[...] 3 cap. 10) teſtis eſt, Eudoxum quendam [...] cum Lathyrum Alexandriæ Regem fuger[...] Arabico ſinu navibus egreſſum; Gades uſ[...] perfectum eſſe. Antequam ad Romanos a[...] cedimus, qui victis Pænis maris imperiu[...] obtinuerunt, præterire non poſſum Maſſiliam, ea non quidem maris imperiu[...] obtinuiſſe legitur, claſſe tamē āte Roman[...] plurimum valuit. Ita enim Strabo lib. 3. *H[...] bent Maſſilienſes navalia, & armamentari[...] olim eis in naviū armorum. & machinarū [...] navigationes & ad oppugnationes copia pr[...] fuerunt.* & paulo poſt: *Sunt in urbe Maſſi[...] permulta affixa ſpolia, quæ cives diverſis tēp[...] bus victores pugnis navalibus retulerunt de [...] qui mare ſibi injuſte vindicabāt.* Ob hāc ma[...] potentiam, & claſſis opportunitatē, acce[...] poſtea fuerunt Romanis, uti affirmat Stra[...]

eod[...]

eodem loco. Hoc vero memoria digniſſimum, quod teſte Eudoxo apud Strabonem ... d. Pytheas Maſſilienſis, Romanis adhuc cir... matrem ſuam lactantibus, ſuperato Herculis freto, poſtquam Gades prægreſſum eſſet, univerſum propemodum Septentrionē uſtravit, Thulē, quæ hodie Iſlandia dicitur, ...diit; & totum eum Boreæ tractum Græcis nter primos aperuit.

CAPUT V.

De Romanorum in mari Mediterraneo potentia.

ROmani nō niſi devictis Carthaginēſibus de aſſerto maris imperio gloriari potuerunt: Uti mirandum ſit Lycophronem, qui ...ix vidit bellum Punicum primum, vocare ...ῆς καὶ θαλάττης ἄρχοντας, quod haud qua...uam verum eſſe poteſt, niſi ſic accipiatur: ...omanos non minus mari, quā terra pluri...ium valuiſſe. Quomodo θαλαττοκρατεῖα ...s quoque tribuitur, qui quanquam maris ...nperium (eo modo, qui jam dictus, intel...ctum) non obtinuerunt, claſse tamen aut ...ia ratione plurimum valuerunt. Sic Xeno...on lib. 4. Rerum Græcanicarum, Corin...ios in ſinu, quem hinc Achaia, inde Le...æum claudit, dicit θαλαττοκρατῆσαι, & ...iodorus Siculus lib. 18. Cyzicenos cum ...rideo bellum gerentes teſtatur fuiſſe θαλαττοκρατοῦντας, quanquā certum per omnia

eſt Cyzicenos nunquā totum maris Med terranei imperium obtinuiſſe. Ita, niſi quis Lycophronem interpretetur, haudquaquam ejus aſſertio cum immota hiſtoriæ veritate conciliari poteſt. Redeundo vero ad Romanos, ut illi oppreſſis Carthaginenſibus, pertinaciſſimis æmulis ſuis, maris imperiū conſecuti fuerunt, ita hoc egerunt, ne quis poſſet illud imperium recuperare. Eoque post ſecundum bellum Punicum Carthaginenſibus, & poſtea Antiocho inter primas fœderis conditiones hæc lex dicta fuit, ne ultra certum numerum, eumque exiguum admodum naves habere poſſent. Formulæ fœderum illorum legi poſſunt apud Livium atque Polybium. Nec aliam ob cauſam Rhodus, quæ poſtquam amica Romanis erat facta, multis donis affecta, relictaque libera fuerat, à Veſpaſiano, teſte Xiphilino, in formam provinciæ eſt redacta, quam quod metus ſuperesſet, ne inſula maris imperio quōdā illuſtris aliquando ſeſe recolligeret, maxmasque per provincias turbas daret. Hinc & Romani Imperatores videri voluerunt, non terreſtribus ſolum expeditionibus, ſed navalibus etiam excellere. Paterc. lib. 2. *Eadem virtus & fortuna ſubſequenti tempore ingreſſa animū Imp. Tiberii fuit, quæ initio fuerat: concuſſis hoſtium viribus: claſſicis, peditūque expeditionibus* Maris Mediterranei imperiū, jam antea deſcriptum Romani obtinuerunt uſque ad Vandalorum in Africa dominatum, & Gothorum in Sicilia & Sardinia: ex quo enim vaſta il-

reg-

regio, & maximæ hæ inſulæ Romano Imperio ſubductæ fuerunt, maris quoque imperium, quod tanti olim fecerat Romanus populus, amiſſum fuit: de qua Vandalorum & Gothorum potentia conſul poſſunt præ aliis Procopius l. 3. belli Vandal. Paul. Diacon. lib. 14. & Proſper in Chron. Poſtquam vero Gilimero Vādalorum duce capto, Africa Principi Juſtiniano per Beliſariū eſt reſtituta, ac poſt paulo ab eodem Sicilia recuperata eſt, viſa quidem fuit Roma iterū mitti in maris poſſeſſionem, uti videre eſt apud Procopium l. 4. de B. Vandal. & Paulum Diaconum lib. 16. ſed illud imperium haud ſine æmulo conceſſum Juſtiniano eſt; ſiquidem Totilas cum valida claſſe & exercitu in Siciliam reverſus, meliorē inſulæ partem ſubegit, Syracuſaſque obſedit, eoque progreſſus audaciæ, ut in Italiam quoque, quoniā claſſe valebat, trajicere auſus fuerit. Interim vindicavit exiſtimationē Juſtiniani Artabanes, qui accepta à Liberio claſſe atque exercitu, Syracuſas, pulſis Gothis ab obſidione liberavit, Gothoſque qui in præſidiis Siciliæ ſe tenebantur, ſtatim obſedit, quorum & plures, qui extra oppida dimicādū exierāt ſuperavit, cæteroſque omnes ad deditionē cōpulit, atque ita propere inſulam Gothorum faucibus eripuit, mareque Imperatori reſtituit, uti videre eſt apud authores modo citatos. Mānſiſſet autē Juſtinus Juſtiniani ſucceſſor, reliquique qui eū inſecuti fuerūt, in poſſeſſione, niſi Sarraceni, ſubito exorti, Siciliam

 occupaſſent.

occupaſſent Sarraceni enim plurimis victo-
riis elati; Ægyptiq; & Africo melioris par-
tis, totiuſque Hiſpaniæ jā domini, ipſam ur-
bē Romam adorti fuerunt, factoque agmi-
ne ingreſſi, (accidit hoc anno Chriſti 620.
totam intra biduum diripuere Peridē quo-
que tempus, quod claſſe valerent, & mari
domini iſſent, Sardiniam atque Siciliam ſi-
ſubjecerunt: Oram deinde totam fere ſupe-
atque inferi maris, plurimum, perdiuque in-
feſtarunt; Diu quoque poſſederunt Luca-
niam; ac quidquid urbium & oppidorum ſi-
tum eſt ad mare, à Lucania ipſa uſq; ad Gar-
gani montis loca, quæ mari Adriatio imm-
nent. Nec prætermiſerunt oram Dalmati-
cam, Illyrici, Epiri, Peloponenſi. Ingreſſi
quoque ſūt Helleſponti fauces, & quicquid
eſt in ora tum Europæ, tum Aſiæ, uſque ad
Thracium Boſphorum infeſtum reddiderū
Cycladas quoque, Cyprum, & Cretam inſu-
las magna vi invaſerunt. Ipſi autem mortu
iam Mahometo, famoſo illo Orientis impo-
ſtore, imperii ſedem Damaſcum ſtatuerunt.
Poſtea progreſſu tēporis, quo maris maxi-
me imperium retinere poſſent, Africam i-
in quatuor regna dividere inſtituerunt, quo-
rum primum regnum Marocci, ultra fretu
Herculeum ſitum eſt: alterum Feſſæ; terti
Teleſinum; quartū vero Tunetenſium eſt.
Primum regnum nomen habet à Marocc-
maxima urbe, adjacente monti Atlanti, atq
dividitur in ſeptē regiones ampliſſimas. qu
ſunt; Hea, Sus, Guzula, Morocci regio, Du-
cala

ala, Hazcora, & Tedle. Alterum regnum
ſt Feſſæ, quod ipſum quoque ſeptē regio-
es habet nempe Temezenem; Feſſæ regio-
em, Azigarum, Elabathum, Senifi (quæ &
ac ætate regni titulum habet) Gatethū, &
lcanzā. Regnum hoc nomen habet ab ur-
e Feſſa, quæ & ipſa denominatur á flumine
ræterlabente, conditaque eſt centum &
ptuaginta annis poſt exceſſū Mahometis, à
uodam milite ſeditioſo. Tertium Teleſi-
um regnum tres regiones habet: Montes,
enez, & Elgezer, incipitque ab occaſu ad
uvium Mulviam, terminatur autē ab ortu
d flüvium Majorem, & Za: & à meridie ad
eſertum Numidiæ, ab Aquilone deniq; ad
nare Mediterraneum. Regnum hoc idem eſt
um Cæſarea, Romanorū olim provinciâ,
omēque habet à Teleſina urbe metropoli.
Quartum regnum Tunetenſe, quod initio
iviſum fuit in quatuor regiones, nimirum
ugiam, Conſtantinā Tripolim, & magnā
lumidiæ partem, quam Saraceni Ezzab vo-
ant. Nomen habet ab urbe Tuneto. Poten-
æ hujus marinæ Saraceni æmulos nō ha-
uerūt uſque ad tempora Michaelis Impera-
oris, illius ſcil. qui ex Imperatore factus Mo-
achus cognomentum *Balbi* tulit, ſub cujus
urbido imperio, diviſa Sicilia per factiones
arracenorum, Georgius Meniaces (Molo-
ium eum vocat Blondus) in partes ante af-
itis Normannis, parataq; validiſſima claſ-
Siciliam occupavit, Saraceno ſque maris
editerranei jam diu dominos, in ordinem

ex parte redegit: uti ex geſtis Normanno
annoat Fazellus Decade Poſteriori de reb
Sicalis lib. 6. cap 2. Ab hoc tēpore ut Sicil
dominium ad Normannos pervenit, (prim
á Chriſtianis, qui in inſula illa ſupereran
electo Roderico ſub titulo Comitis, quo
& poſteri uſque ad Henricum Aucupē Im
inſulam obtinuerunt) ita & Sarracenoru
marina potentia in ordinem redigi cœp
Quoniam vero poſt hoc tēpus, reliqua p
Europam regna & R: ſpub θαλασσιοκρα
cæperunt, priuſquam ad Belgas, & ſpeciat
fœderatos accedimus, externa breviter i
ſtrare eſt animus. Quæ enim de fœderat
Belgis poſtea dicturi ſumus, in nullius exte
næ gentis præjudicium vergere volumu
ſed potius cuique exiſtimationem ſuam ſi
jam olim, ſive nuper quæſitam, quantum
nobis, ſartam tectàm præſtàri cupimus.

CAPUT VII.

De maritima Gallorum potentia uſque ad R gem Carolum V.

INitium ergo facimus á Gàllis; gente to
Europa celeberrima & bellicoſiſſima, c
gitare quis poſſet, eos ſecuros eſſe mariti
imperii, ſiquidē Claudius Seſellius Epiſcop
Maſſilienſis, & Ludovici XII. Franciæ Reg
ad Leonem X. Pontificē per aliquot anno
legatus, *ſic ſcribit lib. 2. de Republica Galli*
Et quanquam Gallia præ cæteris regionib
facil

facile poteſt inferentibus bellum reſiſtere, partim propter omniũ ordinum obſequẽtiam & affectum erga Regem, propter colligendæ pecuniæ facultatem, partim etiam propter ampliſſimum & perpetuum equitatum: tamen ex uſu & dignitate Reip. ſit futurum, ſi mari quoque plurimum poſſemus, quandoquidem & ad Oceanum & Mediterraneũ mare Gallia pertinet. Sic enim fieret, ut non modo civitates ac populi maritimi, valde locupletes atque copioſi, Regis imperio ſubjecti, ſed vicini quoque omnes, metu periculi in fide & amicitia permanerẽt: mercatores etiam multo liberius atque tutius cõmearent, & maximas Reipublicæ cõmoditates adferrẽt, & orto bello, navigatione, hoſtes facile poſſent, propter noſtræ claſſis magnitudinem, prohiberi, & omnibus in locis, quo noſtris navibus pateret aditus, militum præſidia diſponere, & ſumptũ facere cogerentur, noſtrãque orã maritimã minime auderent divexare. Nam una ſolũ claſſis bene munita rebus neceſſariis, propter cõmoditatẽ navigationis uſui & auxilio eſſe poteſt multis regionibus lõgo ſeparatis intervallo, quod terreſtris exercitus minime poteſt. *Hæc Secellius.* Mirũ vero accurratiſſimo Scriptori, qui omnia; quæ ad gentis ſuæ laudẽ vergunt, quam accuratiſſime annotavit, nõ occurriſſe, quod de Francis dicit Sidon. Apoll.

———*-His ſelle ſalum ſulcare Britannum*
Ludus, & aſſuto glaucum mare findere bello.

Jã olim enim ſic Franci infeſta maria reddere ſolent,

re ſolent, ut cum Oratores, patet ex Naz-
rio in Panegyr. Conſtant) Romanos Princi-
pes laudarent, eos dicerent maria littora q
omnia quieta feciſſe, reſtituiſſe mare Rom
nis, quod Franci totũ tenebant. Præ omni
bus vero aliis, ante q. Gallorũ, ſive Franco
exiſtimationē vĩdicat aut. incertus Pane
Maximiano dicto: *Recurſabat in animos*
ſub Divo Probo paucorũ ex Francia capti
incredibilis audacia & indigna felicitas, qu
Ponto uſque correptis navibus Græciã Aſiã
populati, nec impune pleriſque Libya littori
appulſi, ipſas poſtremo navalib. us victoriis nob
les ceperãt, Syracuſas & immenſo itinere
vecti Oceanũ, qua terras rupit, intraverãt,
ita eventu temeritatis oſtenderãt. nihil eſſe cl
ſũ piraticæ deſperationi, quo navigii pateret
ceſſus. Nec per Francorum adventum in G
liam advectum fuit maris ſtudium. Ill
quot ſeculis ante vacarãt vari: Galliæ pop
li, & urbes. De Maſſilia ante vidimus. De V
netis, Galliarũ populis, ita Cæſar l. 3 c. 14.
G *Hujus civitatis* (Venetorũ) *longe eſt a*
pliſſima auctoritas õnis ora maritimæ, quib
Britanniam navigare conſueverunt. Et ſci
& uſu nauticarum rerum cæteros antecedũ
in magno impetu maris atque aperto, paucis
tibus interjectis, quos tenẽt ipſi, omnes fere
eo dem mari ut conſueverunt, habent vectig
Atque deinceps refert, quomodo ſibi ſu
dio miſerint claſſē cc.xx. navium. Venet
horum veſtigia occurrũt in urbe Britan
Armoricæ, *Vannes* nominatæ. Omiſſis au

inceri

ncertis his, quantum in mari jam olim Galli potuerint, inde patet, quod jam ſub Childeberto I. Ammiralii ſunt inſtituti. Quæ vocis ujus, gēte atque domo Arabicæ, ſit origo, m antea oſtendimus. Hoc loco illud dunaxat addimus, á Romanis quoque, imitatione Græcorū, ut videtur, Ammiralitates ſtitutas is fuiſſe, & ὁμοπλοίας vocatas. Exemlo ſit Cicero lib. 16. ad Att. ep. 1 ſic ſcriens: *Dymæos agro pulſos mare infeſtū habere il mirum*, manifeſtū cum loqui de Dymæis yratis. Mox ſubjungit rationem occurrēdi his. In ὁμοπλοία *Bruti videtur aliquid præſiii eſſe*. Idem eod. lib. ep. 4. *Hæc navigatio haet quaſdam ſuſpiciones periculi: itaque uti conituebam ὁμοπλοία*. II. Caroli Martelli auſpiis navali prælio victi ſint Friſii, teſte Adoe in Chron. & Aimon Monach. lib. 4 cap. . III. Carolus M. teſte Sigonio lib. 4 de egno Italiæ, claſſi ſuæ præfecerit Burchaum Comitem Stabuli, ejuſque ductu Sarcenos ad Genuā debellaverit: 13 eorū naibus captis, reliquiſque fugatis & diſperſis. d hoc idē Carolus viginti navibus á Venes acceptis, Deſiderium Longobardorū Rem mari excluſerit. IV. Potentia hæc maa maxime ſe prodiderit, ſub Philippo I. annum præter propter 1100. cum totus ccidens migrare videretur in Orientem, mnéſque Europæ Principes, præ cæteris alliarum reges, occupandæ Palæſtinæ deſirio arderent, quæ in mari, maxime à Luovico VII. hac occaſione contra Sarrace-

 nos,

os, & proditores Græcos fœliciter à Gall
geſta ſint, præ cæteris annotarũt Sabell. E
9. lib. 3. Girardus in Ludovico Septimo, a
Philippo Secundo, & Georgius Logothet
in Chron. Conſtantin.

CAPUT VIII.

De Gallorum potentia maritima, uſq; ad præſentem ætatem.

VT ad tẽpora propinquiora accedamu moto pro obtinenda Gallia ab Angli bello, qui illud regnum tanquam ſuum re petebãt; Carolus V. (annotat Lilius in Epitome Chron. Regum Angliæ) præparata anno 1371. apud Rhotomagenſes claſſe, auxiliiſque navalibus ab Hẽrico Hiſpaniæ Reg acceptis, ãte Rupellæ mœnia, xxxv. Anglorũ naves partim cepit, partim deſtitutas armamẽtis præcipitavit in profundum, cæſi aut demerſis omnibus, qui ex iis pugnabã Poſtea Carolus VI. non tantum validæ Claſſi Joannem de Vienne Amiralium præfecit ut Scotis contra Anglos ſubſidia ferret: ſe ipſe quoque anno 1386. cum claſſe mille ducentarum & octuaginta naviũ ad Sluſa in Flandria, commodum in Angliam transfretandi præſtolatus eſt ventũ, ingentiaqu tantæ claſſis ſubſidia præſtitiſſet, niſi du moras nectit Biturigum dux, cui expeditio hæc diſplicebat, tempeſtas naves disjeciſſet, quæque animo agitaverat, turbaſſet. Poſte

ſub

ſub Carolo VIII. anno 1465. & ſeqq (ut præ aliis narrāt Phil. Cominæus & Bellaforeſtus) annum tum agente XXII. tota Italia veluti ingenti terræ motu metu Gallicanæ claſſis concuſſa fuit, non tantum terra, ſed mari. Dux claſſis erat Ludovicus Aurelianēſis, qui ad portum Veneris (urbs eſt in ora Liguriæ) Fredericū Alphonſi, Arragoniæ, Neapolis, & Siciliæ Regis fratrem, præpoſitū triremibus, maritimo prælio devicit; totamque Italiā à Genua Neapolim uſque pacavit, compulitque Alphonſum in Siciliam fugere. Regnante Ludovico XXII. qui Carolo VII. ſucceſſit, anno 1515. Preginius vice-Amiralius, regis auſpiciis, primus ſuo ſeculo ex Gallis Gaditanum fretum trajecit, grandemque cladē, obtruncato quoq; Angliæ Amiralio, Anglicanæ claſſi intulit, ut teſtis eſt Bellaforeſtus lib. 6. Hiſt. cap. 23. Dein ſub Frāciſco I. Amiralius eſt cōſtitutus Andreas Doria, qui quādiu ſupremo illo īperio gaviſus fuit, ratio maris coronæ Gallicæ cōſtitit, vaſtataque Aſinaria & Sardinia inſula omnibus conſtitit, Gallos, modo vires ſuas exerere velint, in mari dominari poſſe. Cæterum Doria tanquam homine peregrino aula ſubmoto; eoque dein ad Carolum V. deficiente, in pejus ruere (ut multi rectè notarunt) Gallorum res, nec tantum amiſſum fuit Neapolitanum regnum, ſed etiam ipſa Liguria Gallicum imperiū cōtemnere cœpit. A Franciſco I. uſque ad Henricum IV. Borbonium cognomēto Magnū; nihil fere

memorabile eſt geſtum; ſub hoc vero du
Amiralius eſſet Andreas Brancaſius, no
Fräcia in orbe Americano lilia noſſe cœp
Præ cæteris vero Gallica hæc p. r mare pot
tia ſeſe prodidit ſub hujus Henrici IV fili
Ludovico XIII. cognomento juſto; cuj
quamplurimas victorias mari partas, ut h
ſilentio prætereamus, illud ſolum notamu
capta Rupella ei trophæum cum hac inſcr
ptione ſtatutum fuiſſe: *Fuſis terra, mariq*
Anglis. Fractis Sectariorum partibus Vic
ſubditorum rebellantium pervicacia. Vero ve
Dei cultu reſtituto. Oceano compedibus vincto
Rupella in deditionẽ accepta: dubium, maior
clementia an fortitudinis exemplo. Regibus a
Principibus multis fruſtra cõjurantibus: victo
exercitus, Deo Opt Max. ac Ludovico XII
Galliarum & Navarræ Regi Invictiſſimo, Pii
ſimo, Iuſtiſſimo, Glorioſiſſimo ſeperque trium
phanti, hoc monimentum ſacravit: Deo gloria
Principi decus, hoſtibus terror, ſubditis exem
plum. Poſtea ejuſdem Regis præcipua cur
fuit mari proſpicere Eoque tres claſſes un
eodemque tempore ab eodem paratæ ſun
Una, quæ Oceani littus, quacunque Gallia
protenditur, ſervaret. Altera, quæ Septima
niæ, Provinciæque oris excubaret. Terti
claſſis in Aquitanico littore cõſtituto, de v
bundis quotannis in Canadã coloniis, mer
cibuſque. Quæ poſtea geſta fuerunt tum ſu
hoc rege, tum filio ejus cognomine, qu
etiamnum regnat, & in mari non minus qu
in terra nominis ſui terrorem circumfere

qu

quoniam in recenti adhuc memoria ſunt; nec præ victoriis, terra partis, æque auguſtâ, commemorare ſuperſedemus.

CAPUT IX.

De iis, quæ ab Anglis in mari præclare geſta ſunt.

POſt Gallos occurrunt nobis Angli, qui jam olim quoque, quoniam inſulam incolunt, longe lateque nominis ſui terrorem per mare propagarunt. Interim notandum, fruſtra eos eſſe, qui exiſtimāt jam Romanorū ævo, imo ſub ipſo Julio Cæſare, Anglos mari potentes fuiſſe. Quod ut conſtet, non abs re fuerit paucis errorem hunc detegere. Utque à Julio Cæſare, qui primus omnium ex Romanis Britanniā ingreſſus eſt, incipiamus: Tantum abeſt, ut tum in mari dominati fuerint Britanni, teſtatur Cæſar, lib. 4. B.G. cap. 25. primo ſuo in inſulam appulſu inuſitatas longarum navium ſpecies incolis timorem incuſſiſſe; & ſecundo, navium omnigenarum numero ita perterritos, ut à littore diſcederent, Cæſ. lib. 5. B. G. cap. 8. Erant ſiquidem ad bellum navale omnino imparati, nec claſſē habebant, ſed naves vimine cōtextas ac coriis bubulis circūtectas, teſtante eodem Cæſare lib. 1. B. G cap. 54. Nec Cæſaris ſolum ævo adeo rei navalis imperiti fuerunt Britanni; verum ſub ipſo Domitiano quoque, fidē faciente Tacito in vi-

ta Agricolæ. cap. 27. ubi refert, *Britānos v. claſſe Romanorū abſtupefactos, tanquam ape to maris ſui ſecreto, ultimū jam victis perfug eſſet ereptum clauſumque.* Imo; quod mag eſt; tēpore quoque Maximini Imperatori ſive circa annum Chriſti 238 teſte Panegyi ſte Anonymo, *Britannia* non *erat ullis ad n vale bellum armata navigiis.* Et, ne de ant quioribus, quæ incerta ſunt, plura dicamu Anglia navalis belli & potentiæ gloria p mum inclaruit, ſub Richardo Rege, q cum ſeculo undecimo cum aliis Chriſtian Principibus in Orientem abiiſſet, totā cla ſē Saladini, quæ laborabat Acrenſibus ob ſe ſis ſuppetias ferre, perdidit. Sequuta eſt v ctoriā illā Acræ deditio, ipſeque Richardu per totam Aſiam omnium conſenſu ſupr mus Imperator appellatus; urbes maritim quas Saladinus cum ſervare non poſſet, di ruerat, mœnibus circumſepſit ac propugna culis munivit; interque eas Acram ipſam Porphyriam, & Aſcalonem: longeque plu egiſſet, niſi per turbas domi inter ſuos exo tas pacē cū Saladino facere coactus fuiſſe ut refert Polidor. Virgil. lib. 14 Richardi f lius Ioh nnes, & ipſe ingētis animi Rex, a no 1214 teſte Pol doro Virgilio lib. 15. i ora Flandriæ Ph lippi II. Galliarum Reg claſſem ſubvertit, omnibus navibus aut ca tis, aut incēdio conſumptis Poſtea Heric III. An. 1293. videatur Gregorius Lilius i Epit. Chron Angl. Regum) occupatione Normanniæ diu meditatus, infeſta claſſe p

ej

ejus oram cucurrit; & dein in Aquitaniā cōverſus, Rupellā terra marique obſeſſā expugnavit, poſtea Burgū, Blajā, Bajonāque. Anno dein 1340. (uti idem Lilius teſtis eſt) Eduardus III. ingentē illam Gallorum claſſem ad Sluſā oppreſſit, & profligavit: quoniā vero ipſe ex vulnere, q́ in prælio acceperat, decūbebat, Duce Roberto Arteſio arma victricia in Armoricā convertit, aſſcitaque in partes Comitiſſa Montforenſi virilis animi fœmina, ad Inſulā Cæſaream non ſolum cedere compulit Ludovicum Hiſpanū Galliæ Amiraliū; ſed etiam meliorē Armoricæ partē domuit. Eduardi hæres Richardus II. claſſis ſubſidio, cui præfecerat Richardum Arōdeliæ Comitē, non tantū feliciter ſua tuitus eſt, ſed Flandrorum quoque claſſem anno 1386. ſecūdo ſucceſſu fugavit, capto amplius illius Amiralio Johanne Bucquoio. An. 1519. ſub Henrico VIII. rege, claſſis Anglica, moderante eam Thoma Havardo, urbem Lethen, ſimulq; portum totius Scotiæ celeberrimum occupavit, ac longe lateque in ipſū Scotiæ regnū excurrit. Sub Elizabetha vero Henrici VIII. filia; Anglia maxime lacertos movit, & quantū in mari poſſet, orbem univerſū docuit. Siquidem anno 1586. Frāciſcus Dracus in Amerciā uſque provectus, in Hiſpaniola inſula Hiſpanorum colonias, urbeſque littorales aliquot evertit, interque has S. Dominici urbē, portubus, negotiationibus, & populi frequentia celebrē. Anno 1588. eadē Regina ſub Carolo Havardo,

do Amiralio ſtupendam illam Philippi II Hiſpaniarum regis claſſem, quæ tam milites quam ſocios nauticos centum viginti millia vehebat, quæque antequā ſolveret, Angliæ hoc occinuerat.

Tu quæ Romanas voluiſti ſpernere leges,
Hiſpano diſces ſubdere colla jugo.

igno ferroque feliciſſime ſubmovit & diſſipa it. Poſtea, anno ſcil. 1596. ſub Comite Eſſexio non ſolum inſulam Gadez, ſed ipſam quoque urbē occupavit, quam cum victores maximo Hiſpanorum incommodo ſervare potuiſſent, deprædatā diruerūt. Anno 1602. Richardus Luſotus in ipſo Liſbonæ flumine ante Setubalis caſtellum validam Hiſpaniæ regis claſſē, accinctā expeditioni Belgicæ partim incendio, partī vaſtavit. Quid quod in Virginiam Americæ regionē plurimæ Anglorum coloniæ ſint deductæ. Primæ duæ deductæ ſunt anno 1606 ducibus Thoma Gatelio & Thoma Hamūdo: alteræ duæ anno 1608. Londino & Plemuthæo duce Vinoſeldo. Hodie vero aliquot millia Anglorū & Scotorum regionē illam incolūt: ibique præter Angliam & Scotiam novam, occurrit quoque Neufonlandia, ſive nova terra. Hoc quoque non prætereundum, quod jam olim anno ſcil. 1344. Machiam Anglus nauta primus omnium Europæorū appulerit in Maderam Canariarum inſulam, unde & hodie portus, in quo anchoras fixit, Machico de illius nomine nuncupatur. Similiter Angli anno 1590. per Septentrionale pelagus aditum

tentarunt

entarunt ad inſulas Moluccas, & ni glacies ulterius progredi vetuiſſet, Aniani fretū te-nuiſſent: interim Nieulandiā ſub LXXX. gra-du ſitam occupaverunt, inveneruntque illud mirabile aquas polo ſubjacentes, à gelu im-munes eſſe, virentes terras, & præſentia ſēper animalibus pabula. Denique nec hoc præ-tereundū, quod propter hanc maris poten-tiā præter Europæ principes, Anglorū ami-citiā appetierint Mogol Mahumet Ekebar, Achol Selin Indiæ Orientales Principes, Cā-achiaris & Corazari rex, Redukas Sirir Suma-træ dominus, aliique. Imo hactenus ſalva ibi eſt Societas, in Orientalē Indiā ſingulis adhuc annis claſſē expediens. Recentes re-centium dominorū poſt everſū Monarchi-ū imperiū per Britanniam & Hiberniam vi-torias adverſus Luſitanos, itēque res geſtas, ab iiſdē mari adverſus Belgas, hic cōmemo-rarem; niſi certum eſſet, hos impiis injuſtiſq; armis contra omnem rationē peti, claſſemq; validiſſimam, & parum quin Europæ terri-bilem, magnam partem conſtare partim iis navibus, quæ per ſummam iniquitatem in-tegra adhuc amicitia federatis Belgis ſunt ereptæ, partim illis, quas regū infeliciſſimus Carolus I. in uſu ſuorū hoſtiū & Percuſſo-rum eo tempore extruxit, quo á ſuo Parla-mento accuſabatur, quod vectigal nauticū in privatos uſus cōverteret: primaria claſſis navi, quæ *Souveranitatis* ominoſum nomen fert, primum dominum agnoſcente dictum Carolū, qui ut nunquam ſiui potuit tantæ

navis

navis, & cui hactenus æqualē vix orbis habuit; uſu atque voluptate; ſi enim verum Dominorum cenſetur Paradiſum, uſquedum cum ſuis inquilinis aut ultricibus flammis pereat, aut ab aquis abſorbeatur; aut ad alios transfeat poſſeſſores.

CAPUT X.

De rebus mari ab Hiſpanis præclare geſtis.

ANglos excipiū Hiſpani, quos præterire haud poſſemus, quod nullum ſua laude defraudare fas ſit. Omiſſis autem antiquioribus regibus, rebusque plurimis præclare ab iis mari geſtis, initium facimus à Ferdinād & Iſabella, qui plura regna, antea diviſa primi ſceptro ſuo ſubjecerunt. Horum ergo auſpiciis anno 1492. Chriſtophorus Colūbus, primus omnium mortalium in Occidentales Indias navigavit, ac priori ſua navigatione inſulam, quam Hiſpaniolam vocavit, item Guanahanum, Floridam, & Cubam detexit. Poſteriori navigatione, quæ incidit in annū 1493 Canibalorum inſulas idem Columbus invenit, quibus & varia indidit nomina; adhoc redux in Hiſpaniolā ſanguine inſulanorum, ſuis, qui ab iis interfecti erant, parentavit. Paulo poſt tum ipſe tum frater Bartholomæus, à Rolando Ximene proditionis accuſati, apud Caſtellæ Regē carceri mancipati fuerunt. Poſtea Columbus loci

ſocii, pertæſi injuriam, quam is cum fratre cõcoquere cogebatur, expeditis ſuo ære liburnicis in diverſas partes diſceſſere, variaſque regiones detexere. Et quidem Vincẽtius & Arias Pinzoni mare dulce, itẽ Maragno, Orillanam, Chianam, Payramque, Americus Veſpucius dum Moluccas per Occidentẽ petit, iſtud maxime profecit, quod quartam eamque maximam orbis partem de ſuo nomine *Americam* vocavit Petrus Aloiſius, cognomento Niger, ad Pariam, in qua jam ante Columbus quoq; fuerat, pervenit, ampliuſque Curranam, atque Cimanã detexit. Deniq; Vaſco N. gneſius à Balboa, reliquis felicior extitiſſet, niſi naufragio præpeditus fuiſſet: poſtquam enim Iſthmum, qui Americam Auſtralem à Septẽtrionali dividit, tenuiſſet, mare Pacificum detexit. Omnes vero hos ſupergreſſus Ferdinandus Corteſius opera *Hieronymi* ab Aguilar, per Jucatanã provinciam penetravit uſque ad urbẽ Mexicanam, quam eodem tempore (anno ſcil. 1513.) expugnavit, quo Oran in Africa à Cardinale Ximenio Hiſpaniæ Prorege expugnata fuit. Anno vero 1521. demum, Corteſius Carolo V. tãtæ victoriæ primitias obtulit; qui per Caſtellanorũ ſeditiones beata illa poſſeſſione paulo poſt excidiſſet, niſi tẽpeſtive miſſis eo judicibus occurriſſet. Anno 1519. Ferdinandus Magellanus, Luſitanus, patriæ ſuæ iratus, promiſit Carolo V. ſe cõpendiario itinere per Occidentem ad Oriẽtem & Moluccas Inſulas perventurum eſſe;

cæterum

cæterum ex quinque navibus, una ſolum c
Victor æ nomē eſt inditum, reverſa, error
varios referre ſolum ſcivit, & oſtendere fr
tum, hodie Magellanum dicitur) quod A
ſtralem terram ab Americæ Septentrional
continenti divellit Anno 1535. idem Carol
V. maximam adornavit claſſem, eaque i
Africam trajecit; verum fruſtra tentata A
geria, quæ aliquamdiu obſeſſa fuerat, nav
buſque tempeſtate disjectis & perditis, cu
paucis in Europam rediit. Nec magis arriſ
fortuna navalis Phillippo II. Caroli V filio
(cum in mari infelicem fuiſſe, á pluribus a
notatum ſuit) namque, anno 1553. Andre
Auria Præfectus Hiſpanicæ claſſis, majorem
ejus partem perdidit, dum Dragutum famo
ſum Turcarum piratam perſequitur. Præ cæ
teris vero jacturam maximam fecit anno 158
perdita potentiſſima illa claſſe, quæ ſub duc
Medinæ Sidoniæ in Angliam deſtinata erat: &
ſi excipias prælium navale, quod Philip
ejuſdem auſpiciis anno 1582. ad Terceras in
ſulas á Phillippo Strozzio commiſſum eſt
contra Antonii Luſitaniæ Regis naves, nih
memorabile ſub Philippo II. in mari ab H
ſpanis eſt perpetratum. Felicior fuit ejus fi
lius, idemque ſucceſſor Philippus III. nam
que anno 1608. ſub Petro Acune Belgas T
renate & Tidora, Moluccarum Inſulis rep
lit, victiſque infra Guletam Turcicis pirat
eorumque xxxiii. navibus concrematis, n
quid imperio ſuo grave eſſet, cum federat
Belgis in xii. annos inducias pactus fui

Philipp

Philippi III cognominis filius, ceu Philippus IV. quaſi ſub avi ſui ſidere natus eſſet, navalem coronā diademati ſuo hactenus nō conjunxit; multoties grandibus cladibus in mari affectus, quamvis ipſi plurimæ inſulæ, portuſque maritimi ſubſint, ſuiſque Cantabris rerum nauticarū peritiſſimis, multoties Flandros ſociaverit. Maximum vero damnū percepit anno 1628. quum in ſinu *MatanZa*, valida, quæ argentum vehebat, claſſe exueretur; atque iterum anno 1639. quum circa Angliam, claſſem, in qua per plures annos inſtruenda, occupatus fuerat, amitteret, Belgis fœderatis eandem funditus delentibus.

CAPUT XI.

Quæ Luſitani, ceu Portugalli mari præclare geſſerint.

SUccedunt Luſitani, ſive Portugalli: quos ab Hiſpanis ideo ſejungimus, quod antequam Caſtellano jugo ſubeſſent, duas jam orbis partes Aſiam, atque Africā impleviſſent. Ut vero inde incipiamus, Alphonſus Henricus, primus Portugalliæ Rex, (filius is fuit Henrici Lotharingi Gallici ſanguinis, cui Alphonſus III. Caſtellæ Rex, quod Saracenos Hiſpania ejeciſſet, filiam Tereſam uxorem, & Luſitaniam dotis nomine, dedit) anno 1147. præter multas urbes maritimas, quas Mauris eripuit; Ulyſſiponem quoque occupavit, regnoque ſuo caput conſtituit. Filius

ejus

ejus & regni hæres Sanxius, XLIX. navibus Philippo Flandriæ Comite in auxilium acceptis, Sylvam expugnavit. Inde quies uſq; ad Regem Johannem I. qui claſſis ſubſidio cum in Africam trajeciſſet, anno 1416. Septam Mauritaniæ civitatem expugnavit. A filio ejus Henrico Infante anno ſequenti detecta inſula Madera, ſimulque à Luſitanis circumnavigari Africa cœpit, qua parte Oceano Atlantico adjacet. Deinde ſub Johanne II. Æthiopia detecta fuit, etiam ab ea parte qua ante Coſmographi eam inacceſſam eſſe exiſtimabant. Joanni II ſucceſſit Emanuel, eoque regnante anno ſcil 1492. totus Oriens cœpit detegi, & Indiæ cognoſci. Ejus auſpiciis feliciter hoc præſtitit, eodem & ſubſequentibus duobus annis Vaſquez á Gama, qui præter innumeras fere regiones & urbes Orientales detectas, penetravit uſque in ſinum Perſicum & Arabicum. Gamæ ſucceſſit Petrus Alvareſius, qui anno 1494. non tantum Calecutium adiit, ſed primus quoque Braſiliæ oram detexit, tempeſtate ad eam delatus. Poſtea ſub eodem anno 1500. claſſis iterum data fuit Vaſqueſio á Gama, qui in hac expeditione nō ſolum detexit inſulam S. Helenæ, ſed paſſim quoque Luſitanorū vires in Africa firmavit. Anno 1506. alia claſſis data Laurentio Almeidæ, ab eoq; detecta Madagaſcar, quæ hodie vocatur Inſula S. Laurentii, item inſula Zeilan, & inſulæ Maldivæ. Poſtea uſque ad annum 1529. Caſtellani, ceu Hiſpani atque Luſitani inter ſeipſos va-

cont-

ontenderunt, propter ea quæ in utraque la-
a poſſidebant, editis utrimque propter
ædam illuſtribus documentis navalis pe-
tiæ, quæ omnia hic referre longum foret.
jecti vero fuiſſet Moluccarum poſſeſſione,
nſpirantibus non ſolum Hiſpanis, verum
iam indigenis contra illos, niſi Carolus V.
iis bellis intentus, anno 1528. jus quod cir-
Orientalem Indiam prætexebat, Joanni
I. Luſitaniæ regi, acceptis III. M. D. aureis.
ſiſſet. Virtus Luſitanorum admodum ſe
mari quoque prodidit anno 1538. contra
limannum Magnum Turcarum Impera-
em, cum Luſitanos Gambaja ejicere la-
raret. Raro enim ſtratagemate Nonius
gneus Prorex nō tantū ſuccurrit iis, qui
rce Dizæ inſulæ obſeſſi erant, ſed etiam
idiſſimā Muſulmannorū claſſē profliga-
.. Potentiſſimi vero in mari fuerūt Luſita-
& vix quiſquā iis reſiſtere auſus fuit, quā
imperavit apud eos Joannes III. cæterū
quo Sebaſtianus, qui dicto Joanni ſuc-
ſit, temeritate propria in Africa ceci-
, vel cecidiſſe vulgatum eſt, Henrico
rtuo, atque Antonio, qui pro legitimo
rede ſe gerebant, excluſo, Philippus II.
tellæ Rex regnum & potentiam eorum
rinam occupavit, occupatamque tranſ-
it ad poſteros, donec anno 1640. E ve-
m regum Luſitanorum familia reſur-
et Comes Bragancius, qui unanimi ſub-
rum conſenſu electus in regem, ſub Jo-
i IV. nomine, antiquam Luſitanorum in

 mari

mari exiſtimationem, in integrum reſtituere laborat; futurus exteris longe acceptior ſi aut non violaſſet per ſuos fidem fœderati Belgis datam, aut, qui eam contra juramẽtum & ſolennia pacta temerare inſtituerant ſerio atque ex meritis caſtigaſſet.

CAPUT XII.

Quæ à Danis in mari præclare geſta ſint.

POrtugallos excipiunt Dani, quorum potentia marina tam olim tam formidabilis fuit in mari Orientali, ut ab eorũ arbitrio omnes mercatores per mare illud cõmeare ſoliti, pepẽderint. Omiſſis vero antiquioribus Daniæ regibus, initiũ faciemus ab Haraldo III qui teſte Krantz lib 1. Norveg ſub Ubbone Friſio claſſis præfecto, totã Vandalorum oram cædibus implevit, Rhenique, qua cum Oceano commiſcetur, flumine tranſcurſo, Humbroto Britanniæ Rege navali prælio ſuperato, Aquitaniaque devaſtata, totum Oceanum à Garumnæ oſtio uſque ad Cimbricam Cherſoneſũ ſuo imperio ſubjecit. Sueno II. qui & Suenotho vocatur, (teſtis Crantz. lib. 3, & Meurſius lib. Hiſt. Dan.) poſtquam Adelredum regem Britannia expuliſſet, præfectũ maris conſtituit Werchemannum, qui Vandalos piratas inſequeretur, ea lege, uti navibus ubique locorum repertis, dominis invitis quoque pro

pro libitu uteretur, modo de præda, certa
quæ portio, cōductionis loco, dominis na-
vium cederet Ingenti itaque claſſe collecta,
Wethmannus Oceanum piratis purgavit,
captis eorum navibus LXXXVII. Sub Erico
VI. Rege (teſtis eſt Meurſ. lib. 5. Hiſt. Dan.)
quæ Vandalorum claſſes profligatæ fuerūt,
Hamburgenſis ſcil. & Bajana: XXX. onerariæ
naves captæ. Potentiæ maritimæ, qua Dani
quondā illuſtres præ aliis populis fuerunt,
indicium præbet vox *Danegildi*, aut *Danegel-*
di; ſic vocabatur tributum, quod olim ab
Anglis annuatim Danis ſolvebatur, quo im-
munes forent ab eorum excurſionibus & ex-
populationib9 maritimis. Agnoſcit ipſe Camb-
denus Hiſtoricus Anglus Celeberrimus, in
vita Reginæ Elizabethæ ſic ſcribens: *Tribu-*
tum Danegildum miſello populo ad horum Danorū
latrocinia reprimēda impoſitū, quod cujuſmodi
fuerit, hæc ex legibus noſtris deſcripta indicant.
Danegildi redditio propter piratas primitus ſta-
tuta: Patriā enim vaſtātes, vaſtationi ejus pro
poſſe ſuo inſiſtebant. Ad eorum quidem inſolen-
tiam reprimendam ſtatutum eſt Danegeldū an-
nuatim reddi. Sed, ſepoſitis his antiquiori-
bus, ut ad recētiora accedamus, quātū Chri-
ſtianus V. qui ante annos paucos fato con-
ceſſit, in mari valuerit, patuit maxime anno
...t. cum Suecica claſſis, quæ caſtellum
...maris obſidione liberare moliebatur,
...tu pelleretur ac per pelagus diſpergere-
... quā Succorum cladem nō ſolum dicti
...elli traditio ſecuta fuit, verū etiā occu-

 patio

patio Oeſlandiæ & Borcholmiæ Inſularum. Idem quoq; ad negotiationes Coromãdeli & Zeilanæ Collegiũ mercatorum inſtituit, ne alia hoc tempore cõmemoremus. Quoniã vero jam olim plurimum Dani in mari potuerunt, tertium dignitatis locũ á Rege regni Ammiralius obtinet, cujus munus eſt naves ædificare, veteres reſtaurare, & ſingulis annis ea ordinare, quæ ad tutandũ Oceanum, & res nauticas pertinent. Habere is ſolet ſub ſe alium Ammiralium, & in ſingulis navibꝰ præfectũ equeſtri genere prognatum. Hodie adhuc, valida pro regno claſſis excubias agit, quã auguror auſpiciis Frederici IV, Regis, una cum Belgicis navibus, in ordinem brevi redacturam Anglorum inſolentiam, τῆς ὅλης οἰκουμένης imperium tanquam ſibi debitum, affectantem Annuat votis è cœlo Iuſtiſſime & Clementiſſime Deus!

CAPUT XIII.

De potentia, quam Sueci in mari habent.

POſt Danos, conſiderandi veniunt Sueci omiſſis vero antiquioribus eorum regibus, qui numerari ſolent ab Ærico Sancto itemque navali gloria, quæ iis cum Danis quatenus per multos annos communes habuerunt Reges, communis eſt; initium facimus à Guſtavo Erichſen, qui genus ducens è ſanguine antiquorũ Sueciæ Regum, ſub-

mot

moto Chriſtiano II. Daniæ rege, à quo parens ejus cũ multis aliis proceribus publice capite truncatus fuerat, regnũ hereditarium fecit. Ut multa vero immortali memoria digniſſima ab hoc Guſtavo geſta fuerunt, ita maris quoque quam diligentẽ curam geſſit, primuſq; in mari Septentrionali triremibus uſus fuit, Venetis artificibus conductis: idẽ in famoſo illo portu ſupra civitatem Holmenſẽ, qui ab onagris vocatur *Elgxnabben*, anno 1540. navem extrui juſſit, quæ caperet M.CCC. armatos naucleros. Avi autem ſui, & reliquorũ majorum, gloriam ſupergreſſus Guſtavus II. cognomento Magnus, non minus de mari ſubigendo, quam de terra victoris peragranda ſollicitus fuit. Ut pauca modo delibemus: anno 1625. claſſe in Livoniã & Boruſſiam advectus, incredibile celeritate cuncta in ſuam poteſtatem redegit: ... ramque deprædatis Livoniæ littoribus, cũ claſſe cc. navium in Regalẽ Pruſſiam invectus, plurimas urbes Polonis ſubditas & territorii Dantiſcani occupavit, interque maritimas clarioris nominis, Braunsbergam, Frawenburgam, & Elbingam: ipſumque Dantiſcum occupaſſet, niſi Poloniæ rex totis viribus accurriſſet, urbemque non minus à fame quã ab hoſte obſeſſam, libertati reſtituiſſet. Idem exemplo Chriſtiani IV. Daniæ Regis, qui ad Oceanum Cimbricum Collegium erexit ad Indiæ Orientalis commercia, ſimile conſtituit Holmiæ.

Omiſſis reliquis , hoc memoratu dignu quod anno 1630. cum exercitu per mare Germaniam trajecerit , duabuſque claſſib ordinatis,hoc egerit , ut dum ipſe foras re gereret,domi ſecurus eſſe poſſet , tempo que opportuno ſubſidia accipere , . atque in finem majora navigia in portu Stoc holmenſi ſtationem habere juſſerit; mino in Finlandiæ portubus adverſus Moſcos Germanos præparaverit. Ab exceſſu hu Regis, qui glorioſiſſime in prœlio occub anno hujus ſeculi XXXIII. ut ſumma reru devoluta fuit ad filiam ejuſdem unicam,S reniſſimam Chriſtinam , ſexu ſuo longe periorem Reginam,ſic,hoc nequaquã ſile tio prætereundum, quod anno 1644. ej dem auſpiciis feliciter ad inſulam Femer profligata fuerit Danorum claſſis.Ea mo rante,ut è Suecia uſque naves expediri c perunt in Africam & ſpeciatim in Guinæ ita optandũ omnibus modis foret , cl ſis,qua inſtructum regnũ, duceretur in e qui hoc tempore in Anglia dominatum mis tuentur; ut ut enim hoc tempore Sue velut ſociis amiciſque blandiãtur , ſimu fœderatos Belgas(quod æternũ Deus av tat!)libidini ſuæ ſervire coëgerit,prima eo cura erit , occupare omnes illas maritim urbes, quæ poſt tot ãnorũ moleſtias ad m re Balthicum occupatæ ſunt. Quantũ eni hominum horum fidei atque fucatæ am citiæ tribuendum ſit ipſis Suecis, ſubodor ri facile eſt circa detentionem navium, qu

q

qui eas expediverant, ex Guinæa reduces exſpectabant.

CAPUT XIV.

De Venetis, eorumque potentia maritima.

Antequam ad Belgas nos convertimus, non poſſumus non de Venetis, Genuēſibus, ac Melitenſibus Equitibus, quorum trophæa navalia in hiſtoriis ſunt notiſſima, breviter quoque agere. Quod ad Venetos, ut de iis per ſatyram agamus: *Prima* eorum virtus navalis contra Iſtros atque Dalmatas ſe prodidit, quos devictis navigiis aufugere coëgerunt. Tergeſtinos Catulanis aquis oppreſſere. Primum Caroli M. filium, Italiæ regem, levibus navigiis fugaverunt. Urſo duce prope Tarentum contra Saracenos proſpere pugnaverant; iterumque in eoſdem ad Albiolam, ubi paucis annis ante Hūnos navali prælio ſuperaverant. Tarentinos maria infeſtantes XXXIII. navibus, quæ á forma Hombariæ dicebantur, ſubegerunt Urſeolo duce inſulæ oram Illyricam ſpectantes uſq; ad Drilonem amnem imperio adjunctæ fuerunt. Durante bello ſacro Smyrnam occupârunt; Phœniciæ littora vaſtarunt; Sidonē, & Faraniā oppidum maritimum circa VIII. oſtia cum Tyro & Ptolemaide receperunt, unde & plurima privilegia á Balduino Hieroſolymorum Rege impetrarunt. Celebrem præ cæteris vero expeditionē ſuſceperunt

runt ſub Duce Dominico Michaële, qui c
navibus, in quibus onerariæ LXX. erant, i
Saracenos, qui in obſidione Joppenſi occu
pabantur, movit, & non tantū obſidionem
eos ſolvere compulit; ſed in reditu quoqu
Chium, Samum, Lesbum, Andrum, atqu
alias Græcanici imperii inſulas occupavit
Poſthũc Petrus Polanus imperii regimē ſuſ
cepit, qui Joanne fratre & Rainero filio claſ
ſi præfectis, claſſē Rogerii Siciliæ Regis pro
pe Corcyrā inſulam expugnavit. Sebaſtian
Ciano Duce, Othonis Friderici Imp. filii claſ
ſis LXXV. navium in Iſtriæ orâ victa fuit, na
ves XLVIII. captæ ipſaque regia triremis, c
qua Otho pugnabat, depreſſa. Omiſſis ver
ſexcentis aliis navalis gloriæ documentis, tū
in Bello ſacro, tum etiam cōtra Genuenſes
æmulos Venetæ potentiæ, editis: illud ſilen
tio haudquaquam prætereundum, Veneto
eſſe quaſi frænum Turcicæ potentiæ, qua
ſæpiſſime maritimis præliis graviſſime attri
verunt; &, quanquā maximas clades in m
ri à multis jam annis à Turcis acceperunt
obſervatum tamē eſt, victorias haſce grav
magis victoribus, quam victis fuiſſe. Præ cæ
teris verò Veneta virtus ſe prodidit, in famo
ſo illo Naupactæo prælio anno 1571. & nu
perrime adhuc, anno ſcil. 1630. [illegible] Capel
la Venetarū triremium Præfectus, depre[illegible]
Tunetorum & Algericorum XVI. triremi
bus & brigātinis duabus, M.D. hoſtes cecidit
& captivos III. M.DC.XXXIV qui in vin
culis detinebantur, libertate donavit. Tace
de

... bello Cretenſi, ... quidem, quod ſola illud ad decennium jam ſuſtineat, quam gravi, cæterum tot navalibus victoriis, & tam ſplenditis, nec unquam interituris trophæis illuſtri, ut difficile quoque ſit ea omnia ad digitos revocare. Hoc dixiſſe ſufficiat, eam ſolam Othomannici Imperii potentiam, qua orbis non agnoſcit majorem, tot per annos non modo fræn[aſſe], ſed & barbaros magno eorum malo docuiſſe, imperium utut vaſtum, & plurimis exercitibus ... fultum, non ſolum in ordinem redigi, ſed deſtrui quoque poſſe ab una gente, quæ mari ... dominium obtinet. Præter alia multa, quæ hic amplius notari poſſent, haudquaquam prætereundum eſt celeberrimum Venetorum navale, ex quo quotannis innumeræ penes naves, in mare deducuntur ad bellum, mercaturam, tranſvectiones & præſidia. Amplius in ipſa urbe varii cõſtituti ſunt magiſtratus, qui omnia ad firmandam maritimam potentiam cõvenientiſſimo ordine procurant. Sic Gubernatores redituum publicorum, ſumptus, tum ad alia, tum ad claſſes procurant. Præfecti annonæ triticeæ, frumentum, hordeum, panem ſecundarium & farinam in eaſdẽ. Præſides navales, omnia in navalem usũ neceſſaria provident, & ſtabiliunt. Purgandorũ alveorum, & reficiendorum portuum cura penes ædiles eſt. Amplius è Patriciis ſolis eliguntur Triremium præſides, qui unicuique triremi ad bellũ inſtructæ imperant; item claſſis Legatus, qui

 imperium

imperiū habet in univerſalem claſſē,& o
nes triremium præfectos. Si uſus ſit one
riarum navium, reſp. eas domi à privatis,
apud amicos & ſocios cōducit, illas enim
navali ſuo habere non ſolet. Niſi extre
urgeat necesſitas, ſupremus Claſſis Impe
tor nō cōſtituitur, qui extraordinario cla
decreto Patrū datur, ea fere lege, qua ol
apud Romanos dicebatur Dictator. Null
enim apud Venetos majoris dignitatis I
perator, quā hic eſt, namq; in Legatos, Pr
fectos triremium, totamque claſſem meru
imperium exercet.

CAPUT XV.

De Repub. Genuenſi, & de magno Hetruri Duce.

POſt Venetam remp. conſideranda
Genuenſium reſp. quæ jam olim quo
maritimo imperio & potentia illuſtris fu
Ne vero diſtincte cōmemoremus, quæ pr
clare ab iis geſta fuerunt contra Saracen
Piſanos, & Venetos: duo ſolum ex annalib
prælia navalia celebriora referemus. Pri
duce Pagano Auria anno 1352. circa Pera
olim Galatim, ad Boſphori anguſtias dep
gnatum fuit, eoque captæ fuerunt Venet
rum triremes XXX. Arragonum XXVII.
terum biennio poſt eodē Auria duce co
miſſum eſt circa Genuſas, eoq; claſſis Ve
adebellata fuit, ipſeque Dux Nicolaus
ſan

ſinus cum XLVM. hoſtium, & vexillo D. Marci oblique inverſo & ad puppim affixo, Genuam miſſus eſt, Tarento quoque urbe Adriatici ſinus direpta atque incenſa. Ab eo tempore tanta fuit exiſtimatio Liguſtici nominis, ut Reip. amicitiam alii populi peterent, alii timerent. Andronicus Junior, quo Andronicum avum Orientis imperio deturbaret, privatis viribus diffiſus, ut auxilium à Liguribus impetraret, Inſulam illis Tenedum conceſſit; quæ media inter Lesbum & Helleſpontum ſita, antiquam Trojam reſpicit. Apud Genuenſes autē adminiſtratio navalis verſa fuit, immutata ſæpius reip. forma. Cōſervando littori præſidia deſtinata ſūt, mari vero, piratis arcendis triremes VIII. Quæ navibus, triremibusq; privatorū additis, numeroſam ſemper paratamque claſſem efficiunt. Corſicam, Cercinamque inſulas, quæ dominii Genuenſium ſunt, Collegium S. Georgii (uti vulgò vocatur) terra ſimul & mari à Turcarum, Babarorumque direptionibus & deprædationibus ſervat. Non prætereunda quoque Florentina Reſp. quæ hodie ſub duce Magnæ Etruriæ acquieſcit, per Equites S. Stephani, ſtabilitos à Coſmo Medicæo, anno 1561. longe lateque mari imperat. Ab iis anno 1608. capta claſſis Ægyptia fuit. Anno 16 0. Sylvius Piccolominus Thuſciæ tum Ammiralius, Hipponā in Africa, Auguſtini patriā, intravit, & quia ſervari nō poterat, incendio delevit, Biſquerin vero in eadem regione civitatem, ſupra

Algeram ſitam ſolo æquavit, captis ampli a Turcis triremibus. Utque alia, quæ recēti adhuc memoria ſunt, ſilentio prætereamus, magnus Etruriæ Dux Piſis arce le munitiſſimum habet, omni apparatum ritimo repletum: unde inſtrui ſolet vaſi claſſis, quæ ſub imperio Equitum S. Stephani, juges adverſus Turcas, reliquoſque pir tas excubias agit.

CAPUT XVI.

De Equitibus Melitenſibus, itemque de reb præclare ab iis mari geſtis.

RAtione habita methodi, jam ante del neatæ, non poſſumus non Equitu Rhodiorum ſive Melitenſium meminiſſ quantum enim in mari poſſunt, magno ſu malo ſæpe didicerūt Turcæ. Alias Joannit dicuntur, annoque Chriſti 1104 à Balduin I Jeroſolymitano Rege inſtitui, voto caſti tatis, obedientiæ, & paupertatis ſe aſtrin xerunt. Rhodii, ſive Rhodienſes dici cœ perunt anno 1291. quo, raro quo ſtratag mate Saracenos urbe atque inſula Rhod ejecerunt, magno Chriſtianorum cō modo ſiquidem ſoli ſæpe totius Othomānici im perii impetū ſuſtinuerunt, fœliciterque el ſerunt. Ex plurimis documentis pauca ſ lūmodo annotamus. Anno 1308. Orchan Ottomannici Imperatoris LXXX. naviu claſſem, qua Rhodo imminebat, non ſolu

perdide-

perdiderunt, ſed Chium quoque, in quam inſulam ipſe Orchanes fugerat; cæſis x. mille (?) tenuerunt, itemque Smyrnam, quæ celebris eſt Joniæ civitas, & Imbrum Inſulam, Turcicis præſidiis neci datis, & quinque millibus ad remos datis. Poſtea anno ſcil. 1522. poſt longam obſidionem á Solimanno Imp. expugnata Rhodo, Melitam cõmigrarunt; quam ſimulac occupaverunt, cũ Scendeco celebri pirata Turcico, ante Tripolim pugnaverũt, eũque omnibus, quas habebat navibus, exuerunt. Anno 1601. Equites ſub Viverſio ſuppetias venerũt Joãni Andreæ Auriæ triremium Genuenſiũ præfecto, cõjunctiſque viribus Paſſ.. vã munitiſſimũ in Peloponneſo Caſtellum expugnaverunt. Anno 1604. Naupactum, hodie Lepantus eſt, occuparunt & diruerunt. Anno 1620. Cephaleniam Inſulam, & Torneſam Arcadiæ Arcem diripuerunt. Anno 1625 non ſolum Leucadem, ſive Leucadiam, aut, ut hodie vocatur, S. Mauri Inſulam, ſed & Epiri mariimum latus, populationibus, incẽdio, ſtrage, & ruinis implẽverũt, ſub Talmeiſio Nobili Burgundo Duce. Anno 1638 ſub Chaltio claſſis præpoſito, claſſem Turcicam Triremium xxx. cum Galeaciis vii, quæ munimenta belli Imperatori ad bellum Perſicum ſubvehebat, interceperunt, atque vaſtarunt. Plura, quæ de Melitenſibus, hic annotari poſſent, quod in recentiori memoria ſint, repræſentare ſuperſedemus.

CA-

CAPUT XVIII.

De gloria navali, qua, ſub Romanis quoque, Belgæ illuſtres fuerant.

HActenus quidem exterarum gentium res, mari geſtas cōſideravimus, cōvertimus deinceps nos ad domeſtica, circa quæ omnia diſtincte ſic conſiderabimus, ut pariter ex vero, citra ullius aut amorem, aut odium annotaturi ſimus. Vulgo quidem perſuaſum eſt, & ab exteris quoq; ſcriptoribus relatum, Belgas, poſtquam tumultibus omnia apud eos miſceri cœpiſſēt, mare primum ingreſſos fuiſſe, & quantum in eo poſſent, expertos eſſe. Cæterum, ut libenter dederim, ab eo tempore, virtutem eorum præ cæteris ſeſe exeruiſſe, atque intra breve tēporis ſpatiū, quam plurima navalis victoriæ trophæa promeritam fuiſſe; non tamen eo tempore primitus concepta fuit, ſed multis ſeculis ante, pro re nata ſeſe exeruerat, ſuiq; illuſtria experimenta ſumpſerat. Et ut ab antiquiſſimis temporibus incipiamus, C. Cornelium Tacitum, primum ad ſuffragium hic vocare lubet ex lib. 2. Ann cap. 6. ubi agens de Germanici expeditione hæc inter alia habet: *Silius & Antejus, & Cæcina fabricandæ claſſi præponuntur. Mille naves ſufficere viſæ, properataque aliæ breves, anguſta puppi proraque & lato utero, quo facilius fluctus tolerarēt: quædam planæ carinæ, ut ſine noxa ſiderent: plures appoſitis utrinque gubernaculis, converſo ut re-*

pente

pente remigio, hinc vel illinc adpellerent: multa pontibus ſtrata; ſuper quas tormenta veherẽtur, ſimul apta ferẽdis equis aut cõmeatui; velis habiles, cita remis, augebãtur alacritate militũ in ſpeciem ac terrorem. Inſula Batavorum in quã convenirẽt prædicta, ob faciles adpulſus, accipiẽdiſq; copiis, & transmittendum ad bellũ opportuna. Prætulit vero Germanicus Batavorum inſulam aliis ſtationibus; non ſolũ propter opportunitatẽ, ſed etiam; quod ipſi Batavi in undis cõcepti & nati, præ cæteris navalis rei ſcientiam habere viderentur, atque ad hanc expeditionem maxime idonei. Accedebat quod præ aliis labori & ſobrietati aſſueti, omnes moleſtias ſuperare poſſe viderentur. Sic enim Tacit. libel. de Morib. Germ. de illis & Caninefatibus: *A parvulis duritiei ac labori ſtudebãt. Pellibus aut ſagis ſingulis amicti, magna corporis parti nuda, maiorq; pars victus eorũ in lacte, & caſeo, & carne, potus ex hordeo aut frumẽto.* Movit quoque Germanicũ natandi peritia populo huic propria. Exemplũ unũ attuliſſe ſufficerit ex Tacit. qui Batavos lib. 4. Hiſt. ſignans, ſic inter alia: *Erat & domi eques præcipuo nandi ſtudio: arma equoſque retinens, integris turmis Rhenũ perrũpere.* Ipſi vero Batavi probati adeo Romanis Principibus fuerunt, ut jam olim ipſe Octavius Auguſtus lateris ſui cuſtodes ex iis conſcripſerit. Fidẽ facit Dion Caſſius teſtis locupletiſſimus, lib. 55. per interpretem ſuum ſic loquens: *Corporis autem cuſtodes ſunt decẽ millia in decem diviſi partes, & urbis præſidiũ ſex*

millia

millia, quadrifariam hi diviſi, tũ Equites alienigenæ extraordinarii, qui Batavorum à Batavia, quæ in Rheno eſt, inſula, quia equitandi arte pollent, nomen habẽt. Eorum ſicut & evocatorum ſũmã dicere nequeo, Vti illis cœpit, (Auguſtus) *qnum veteranos patris contra Antonium iterũ convocaret. ſervavitque deinceps.* Præ cæteris vero virtus eorum ſe prodidit cũ infenſi Vitellii vitiis, duce Claudio Civili contra Romanorum tyrannidem, arma pro libertate ſumerent. Tunc enim capta ſtationaria Romanorum claſſis, trucidati Centuriones & Tribuni cum milite, expugnata caſtra, deletæ cohortes, pulſum Batavorum inſula Romanorum nomen. Dolo quidem & ex inſidiis Romanorum claſſis oppreſſa fuit, lubet tamen exhibere Taciti verba, ut ex iis conſtet Batavis Romanos, ut claſſiariis uſos fuiſſe. Verba Scriptoris occurrunt lib 4. Hiſt. cap. 16. *Eãdem, inquit, navibus perfidia. Pars remigum è Batavis, tanquam imperita officia nautarum, propugnatorumque impediebãt. Mox contratẽdere & puppes hoſtili ripa objicere, ad poſtremum gubernatorem cẽturioneſque, niſi eandem volentes, trucidant; donec univerſa quatuor & viginti naviũ claſſis tranſfugeret, aut caperetur.* Quicquid aliis exiſtimẽt, Batavorum eques ab Auguſto uſque, quod nulla flumina ejus impetum ſiſtere poſſent, pedeſque quod nandi peritiſſimus eſſet, præcipue æſtimatus non ſolum fuit, ſed in eo maximũ ad victoriam momentũ, ut plurimis, ex ſolo Tacito locis adductis, oſtendi poſſet, niſi aliij

alii occupaſſent. Tacito ſubjicio Plutarchū, qui in Othone agens de pugna ad Bedriacū, depugnata inter Vitellianos, & Othonianos, ſic per interpretem ſuum loquitur: *In gladiatores qui peritia, atque animo ad congrediendū habebantur inſignes, invexit Varus Alphenus Batavos. Hi equitum Germanorum ſunt præſtantiſſimi, inſulam Rheni incolentes.* Similiter Ammianus Marcellinus lib 16 Juliani Cæſaris ſub Cōſtantio Imp. res in Gallia geſtas perſcribens, *formidabilem Batavorum* in Argentoratenſi pugna memorat *manum*. Item lib 20. *Batava auxilia* cum eodem Juliano in Britanniam tranſiiſſe refert. Zozimi teſtimonium, quod hic quoque exhiberi poſſet, infra commodius repræſentabimus.

CAPUT XVIII.

De rebus à Belgis in mari geſtis uſque ad Carolum V. Imperatorem.

Omiſſis vero his antiquioribus, ut ad recentiora nos convertamus: primo ſilentio præteriri nō poteſt præclara illa opera, quam aliquādo univerſo Christiano orbi ſub auſpiciis Friderici Barbaroſſæ anno ſcil. 1186. Harlemi cives exhibuerunt; cum enim Peluſium (hodie Damiatam vocant) eſtque [illegible] Saracenis [illegible], portuſque tranſverſa catena ferrea inter duas validas turres munitus eſſet. Harlemæi, qui in ea expeditione militabāt, obſervato

vento

vero ſecūdo atq; opportuno portū ſu-
runt, diffractaque catena cum aperuer-
atque claſſi Chriſtianæ rei bene gerendæ
caſionem ſuppeditarunt: non ſoli autē H-
lemenſes, ſed multi alii in hanc expediti-
ex Belgis nomē dederūt: teſtis eſt Matth-
Pariſienſis, cujus hæc verba occurrunt
anni M.CC.XVII. menſem Majum: *Circa*
iſtos facta eſt motio maxima ex Colonienſi
& Friſiorum provinciis virorum & bella-
rum, qui á principiis prædicationis crucis
generale Concilium (Intelligit Conciliū La-
ranenſe II.) *trecentas naves magno ſtudio*
greſſi ſunt, ut vota ſua peregrinationis exſol-
rent crucifixo & poſt paulo: *Claſſe diviſa p*
apud Cajetam & Turetum hyemavit, & p
altera duos habens Capitaneos, Wilhelmū
Hollandiæ ducem & Comitem de Wies Georg
Alcairam obſeaſt, . Quo in loco cum Fri-
rum mentio occurrat, non illud prætere-
dum (quemadmodum in Friſiorum ann-
bus annotatum fuit.) Richoldum II. Fri-
Regem jam anno 470. Haraldum Danu-
qui Friſiæ oram infeſtabat, non ſolum f-
citer profligaſſe, fugientem quoque, p
Harconem virum ſtrenuum, & bello ap
Imperatorem Conſtantinopolitanum
Theodoricum Italiæ Regem exercitatu
claſſe feliciter inſecutum fuiſſe, Friſiamq
Danicis ſpoliis repleviſſe. Iidem alias (uti
Hiſtoriis patet) feliciter quoque Danor
impetus contuderunt, eorumque claſſes d
ſiparunt, ac tantopere ſe probarunt Car

Mag

Magno Galliarum Regi, ut non tantum in libertatem ab eo ſint aſſerti, ſed etiam in Diplomate eum in finem ab eo anno 802. dato, vocentur *viri ſtrenui, agiles, & miræ audaciæ.* Ut non omnia jam olim præclare geſta vel ſummatim hic referamus, non poſſumus nō tamen ex Mejeri lib. 10. Ann. Flandriæ meminiſſe Gulielmi Joannis II. Hollandiæ Comitis filii, inter Hollandiæ enim Comites præ aliis navali victoria claruit, quam de Guidone Dampiero ante Zirizæam reportavit, in qua Flandrorum x. M. cæcidit, innumeros cum navibus cepit, mox & eſdem hoſtes in inſula Cadſant profligavit. Victus demum ad Veram Walachriæ oppidum, dein. & ante urbem Zirizæam, poſtremo in littore, Duvelandiæ, in qua maritima pugna, inter Gulielmi duces præcipuos, captus eſt. Guido Epiſcopus Trajectenſis Cæſi ciū Gulielmus claſſe tandem reparata, armataque milite Gallo, Friſio, Hollāndo, & Hānonio, cum ei Reinerum Grimaldū Genuenſē præfeciſſet, ante eandem Zirizæam Guidonis Dampierii claſſēm adortus eſt, atque in alterum diē retracta pugna, quā nox interruperat & æſtus maris, harpagonibus naves ſuas connexuit, ne incertæ fluctuarēt, & ſine ordine, reciprocante pelago: harpagones, cum è ferro eſſent, ab hoſte rumpi non potuerunt. Contra Flandrica claſſis vinculis & funibus vincta fuit, qui, ut primum de nocte excisi ſunt ab Hollandis, Oceani creſcentis fluctibus claſſis allevata, concuſſa, & divulſa eſt:

eſt, uſque adeo ut victoria redierit ad Guli-
mum, qui non tam ea lætus fuit; quã po-
ſimum ipſo Comite Guidon capto. A
hunc Grimaldum, peregrinum hom ac
alium Hollandiæ Ammiralium invenire
potui: quod imputarim incuriæ Scriptoru
veroſimile enim conſtitutum fuiſſe, etia
nulla illius memoria extet. Sub Burgun
Principibus, vero maxime ſub Philippo
no Hollandorũ & Zelãdorũ virtus æſtim
in mari cœpit. Sic enim Mejerus lib. 16. H
Flandr. ad annum 1439. *Hollandi*, inqu
duce Hẽrico Dominico Veriẽſi, junctis ſibi ex
bus, latronibus & homicidis grandi numero
raticam exercent. Mercatores Hiſpanos,
meque Orientales Flandriã petentes depræd
tur, eorumque naves apud Sluſam, Heys, B
kenbergam, & Oſtendã invadunt. In feriis
[illegible]
greſſi, omnibus pene bonis incolas ſpoliar
Habebant tunc Hollandi bellum cum Orient
bus hoc eſt, civitatibus Hamburgo, Lunebur
VViſmer, & Roſtoc, quod totum tenuit tri
nium, vincentibus ſæpe Hollandis, atque it
eodem lib ad annum, 1441. *Concordia*, di
quædam inita apud Coppenhaven inter Holl
& Orientales, qui ſunt Lubecenſes, Hambu
ſes, Luneburgenſ [illegible] *cum aliis civitatibus*
atque inducta in annos duodecim Cœperãt
landi hoc bello totam claſſem Orientalium
[illegible] *redeuntemque ex Baja, teſte Cra*
lib. 11. cap 29. Idem lib. 17 ad ann
1471. referens quomodo Carolus Au

b jam nominato Henrico Borſalio Veriæ omnino claſſē xxiv. navium expedierit adverſus Comitem Warvicenſē Gallorum egis induſtria piraticā exercentem ſic inter ia dicit: *Tandem xvii. Kal. Iulias ſolvit noſtra aſſis, ex Flandria, Hollandia, & Zelandia juncta, petitque Normandiæ littora, & latrocinia coërcet. Sed Warvicus naves ſuos ſtituit ubique in portubus & locis tutis, c ad manus auſus eſt venire aut prodire in altum mare.* Hæc eo fine ex ipſo Majero, iſtorico probato adducere volui, quo cōaret, quantam fidem mereatur Pontus euterus, de ulterioribus etiam tēporibus, iæ ſub Philippo Pulchro Auſtriaco lib. 4. rum Auſtriacarum *ſic loquens*: Brugenſes ac uzani opibus ac mercatura eo tēpore florentes, re nautica vicinos omnes facile ſuperabāt, imprimis Zelandos, Hollādoſque navium multitudine, navigandique audacia excedebant. Raro enim hoc tempore Hollandi ac Zelandi in Hiſpaniā, ſed hi, quemadmodū & Itali ad eos, precipueque Brugas, indies veniebant. Hollandi vero inter ngliam Scotiamque tentare ad occidentē ſeptentrionē maria auſi nondum fuerant, c tam audacter Amſterodamii, Enchuſii, rumque vicini (inteſtinis tantum ſeditionibus, iiſque cōtinuis dediti, ac proīde Friſiæ xoniæque tantū maritima legere aſſueti) Orientem vela converterant, Cimbricā erſoneſum, Danos, Gothos, Suecos, andos, Nortvvegios, Prutenos, Moſchos

cx

ex auditu tantum noverant, halecũ captu[...] plane ignorabant. majores aſellos (cabelia[...] vocant) in proprium tantum uſum levit[er] ſaliebant, aut aëre ventoque ſiccabant, qu[i] nunc hyeme capti ſaleque conditi, per uni[-] verſam Europã diſtribuuntur. Multiſſim[æ] nunc Hollandiæ ac Zelãdiæ civitates, Oppi[-] dula tantum erant piſcatorum, & obſcurio[-] rum aliquot mercatorum receptacula. Vli[ſ-] ſinga vallo, muris, foſſa carebat. Middelbu[r-] gi infrequens erat mercatus. Armudam eo[-] rumque portum piſcatores tantum frequẽ[n-] tabant. Campovera, nunc Tervera, paul[o] ante á proceribus Borſeliis cõdita & clauſ[a] fuerat. Zirizæa & Rõmerſvvalia in preti[o] ob vetuſtatem Scaldiſque propinquitatem erant (quitum limites ſuos ruptis aggeribu[s] nondũ exceſſerat) Belgicaque tantum mer[-] catura contentæ viſebantur. Amſterodamum, Enchuſa, atque Horna, non admodum veſtutæ civitates, piſcatores õplures, mercatores paucos atque ignobiles alebant, ob continua diſſidia magis bello quã mercaturæ aſſuetæ. *Hæc Heuterus.* Quæ ab Heutero d[i]cta licet abũde à Mejero refutẽtur, ut tamen mitius cum eo agamus, illa ſic admittimus, quod eo tẽpore, quo per domeſticos tumultus omnia in Hollãdia turbata erant, ſingulæ illius civitates minus ſemetipſis uti potuerint, atq; vires ſuas exercere; Alias certiſſimũ eſt, ut plures civitates ad partes jam non vocemus, ſolam civitatem Amſtelodamenſem vires ſuas ſic præcedentibus quoq;

annis

nis prodidiſſe, ut quantūvis anguſtiori-
s terminis circumſcripta terrorem neu
e potuerit potentiſſimis quoque regibus.
uca è multis ſolū ut referamus, illud me-
oria digniſſimum, quod anno 1417. Am-
elodamēſes pene ſoli contuderint graſſan-
m dominatū Jacobæ Hollandiæ Comitiſ-
, quæ jam Enchuſā occuparat, miſſa claſſe
lverſus illius claſſem, quam Gulielmo Bre-
erodio commiſerat. Iidem anno 1438. im-
tientes injuriæ, qua affi ebātur à quibuſ-
am pyratis, ad mare Orientale præſidium
venientibus, non ſolum fortiter iis obviā
erunt; ſed etiam eorum impetus tam pru-
nter ac feliciter repreſſerunt, ut jure meri-
naviū malis ſcopas affixerint, in ſignum
os mare ſulcare, quibus tum animus tum
otentia eſſet, mare quaſi everrere, atq; ex-
urgare omni maritimorum latronū collu-
e. Denique nec hoc prætereundum, quod
no 1477. fidem facientibus annalibus li-
is, Amſtelodamenſes decem expeditas,
nniq; apparatu bellico inſtructiſſimas na-
s habuerint, quæ oppugnarint navim quā
nuenſium precioſiſſimis mercibus inſtru-
am, eaque occupata, converterint ſeſe ad
lliam infeſtam tum Mariæ Caroli Audacis
æ, ſimulque cohibuerint impetum, quem
Gallicis portubus inſtructæ naves, in Bel-
rum littora edere diu meditatæ fuerant.
c reticendæ (licet ad idē tempus non per-
eant) res ab aliis Hollandiæ Zelandiq;
pulis præclare geſtæ Anno 1641 ſex exi-
guæ

guæ naves ab Hornanis & Enckhuſanis e-
peditæ, circa Norvegiã tres ingentes nav
in quibus erant 450. viri armati, pertinent
ad maris Balthici accolas, expugnarũt, cap
eorũ præfecto *Petro Brant*, quæ victoria m
gnum momentum attulit ad pacem, pau
poſt intercedente Daniæ rege, inter Belga
Boruſſos, Livones, Luneburgenſes, & *B*
thici maris incolas initam. Anno jam dic
1441. Hornanæ, Enckhuſanæ, & Zelandic
naves junctæ Amſtelodamẽſi claſſi, quæ, u
dictum, adverſus G llos præclare rem geſſ
rant, portum Dieppenſem obſederunt, ſic
Gallicana claſſis nõ fuerit auſa in altum d
ſcendere.

CAPUT XIX.

*De iis, quæ à Belgis in mari geſta ſunt, ſub Ca-
rolo. V. Imp. & filio ejus Philippo II.
uſque ad fatales Belgii motus.*

Quo vero progrediamur ulterius ad tẽ
pora Caroli V. Maximiliani Imper. ne
potis, Philippi autẽ Pulchri filii; is uſus qui
dem fuit Belgarum, maxime Batavorum &
Zelandorum, potentia, ita tamẽ ut noluer
vere eam æſtimare aut ullo loco cenſer
Uſus autẽ (ut de eo primo) illorum eſt ope
ra contra Gallos iis vicinos, nec infeliciter
ſi quidem anno 1543. menſe Majo, Batavi &
Zelandi cum decem armatis onerariis navi-
bus in portum Burdigalenſẽ invecti, ſepten
decim

decima naves, vino aliiſque mercibus onera-tas, atque in Normanniam tendentes, cepe-runt, & in Zelandiam abduxerunt, cæteris omnibus incenſis, & ex continenti non exi-gua in naves præda avecta. Præ cæteris vero anno 1555. illuſtri documento oſtenderũt, quam ægre in mari ſe vinci patiantur; quod quia diſtincte relatum eſt á Ponto Heutero ſub finem lib. 13. Auſtr. rer. non pigebit ejus verba hic exhibere; Pugnatum eſt Au-guſto menſe mari inter Belgas & Francos. Belgæ enim cum viginti quatuor Hulcis (in-gentes ſunt onerariæ) ex Hiſpania cum mer-cibus domum tendentes, á viginti ſex Fran-corũ armatis navigiis, Dieppæ rebus omni-bus neceſſariis inſtructis, medio mari inva-duntur. Cum diu ultro citroque tormentis, ſummam nacti maris tranquillitatem, cum multum diuque ſe laceraſſent, tandẽ injectis harpagonibus, mancisque ferreis, comi-nus, quod unicum Franci, militum numero longe ſuperiores quærebant, congrediũtur. Erãt ab utraque parte electi, ſed numero im-pares viri, qui ſũmo animorũ ardore æquo ſu Marte rem gerebant. Sed quod Franci na-vium agilitate graviſſimas Belgarum onera-rias facile circumvenirent, opprimerentq; , indẽ de rei ſumma Belgæ deſperãtes, con-ſecto in proprium pulverem tormẽtarium igne, naves, harpagonibus inter ſe connexas incedunt, ſe, Francoſque communi morte extinguẽtes. Paucæ cõfractis harpagonibus liberatæ, flammæ ſe ſubducentes, laceræ in

 Hollandiam

Hollandiam rediere. Prætoriæ ab utraq
parte cum Ducibus, omnibuſque qui int
erant, periere Superſtites Franci quinq
ambuſtas Belgarum naves, hominibus m
cibuſque omnibus vacuas, Dieppam
ſignum victoriæ perduxere. Studio en
Hiſpani, aurū, argentum, ac merces om
ne iis Franci potirentur, in mare proje
rant, pugnanteſque aut incendio interie
Hæc ille. Cæteroquin Carolus V. uti erat p
vidus, & de firmāda dominatione ſua ad
dum ſollicitus, quantum in ſe hoc egit,
Belgæ, maxime Hollandi & zelandi, in
terminos ſuos manerent, nec agnoſcerēt
vires, quas in mari promere poſſent. Eo
cum alteram expeditionē in Africam m
retur, & quidam ex conſiliariis authore
eſſent, ut Zelandis & Hollandis præ aliis
tionibus uteretur, rejecit illud conſilium;
dendo, non debere eos per experimētum
res ſuas cognoſcere. Quemadmodum h
ut ab ipſo Principe dictum, in quadam
amicum epiſtola, multis annis poſt ret
Viglius Præſes. Idéoque, quod tamen
tempore maxime erat neceſſarium, c
Gallicum bellum ferveret, ordinariam n
lam claſſem in Belgio habuit idem Carol
aut curam geſſit eorum, quæ urgente ne
ſitate claſſi extraordinariæ ſervire poſſe
Gnarus ſiquidē erat ſagaciſſimus Impe
tor, omnia eum poſſe, qui in mari plurim
poteſt, Belgaſq; facili negotio excutere p
ſe levius etiam illud jugū, cui eos ſubje

rat, ſi ſemel experimentum ſuæ potentiæ ſumpſiſſent, cognoſcerētque mari clauſtra ſe injicere poſſe, ſi aliquando per occaſionē ſe totis uti poſſent. Accedebat & alia ſolicitudo, orbis Americanus recēter ſubactus, Belgis adiri potuiſſet, ſi ſciviſſēt ſe ſufficere quibuſcunq; negotiis mari expediūdis; eoque variis etiā interdictis nominatim anno 1542. & 1546. prohibiti ſunt in alterutram Indiam excurrere. Quod enim Belgarum rei ciendæ ſtudioſorum ingenium ſit, uſu Carolus didicerat: Eventuſque docuit hoc ſtudio Hollandos maxime & Zelandos incēſos, totū terrarum orbem etiā hodie percurrere, ut non ſine ratione dictū ſit à Famiano Strada Dec. 1. lib. 1. *Quæ vero ignota marium littora, quaſve deſinētis mundi oras ſcrutata nō eſt Belgarum Nautica? Nimirum quanto illos natura intra fines terræ cōtractiores incluſit: tā amplliores ipſi ſibi aperuere Oceani cāpos quos ubigerēt, incolerentque, Belgii velut pomœria volatantes.*

CAPUT XX.

De Belgarum rebus geſtis in mari ab initio motuum Belgicorum, uſque ab bellum Anglicanum.

PRæ cæteris vero Batavorū & Zelandorū virtus per mare longe lateque ſe exerit, poſtquam Philippus II. Hiſpaniarum rex avitæ libertati Belgarū inſidiari cœpit,

atque jugulum eorum petere, qui capita
pro aſſerendis privilegiis ſecrare parati er
Pulſis enim in exilium iis, qui præ aliis p
tinaces bonæ cauſæ patroni erãt, aliqua
inter eos conſultatum fuit, qua ratione t
poſtliminio reſtitui poſſent, tum ſuccurr
patriæ ſuæ Albani Ducis tyrannide inge
ſcenti: quod vero prior Principis Auraici
peditio terreſtris ſuo deſtituta eſſet ſucc
maris fortunam, experiri ſtetit ſententia,
tareque quamplurimos equos ligneos.
re eſt hac de re audire Famianum Strad
Jeſuitam, qui ita lib. VII. Cœptum eſt à
tavico mari bellum: quaſi jam tum vires
præſenſerint, & qua parte d minaturi
quando eſſent, principio intellexerint: Et
æquum in eam rebellionem intenderi
attẽtaverintque ſæpe numero Gheuſi, t
qui in urbe degentes, urbanique d cti: t
qui ſaltus obſedere, ac ſilveſtres nomina
ſoli demum aquatiles (ſic enim & mariti
quoque anſeres vulgo appellati ſunt) f
rẽ audacia confecere. Horum dux aquat
Gheuſiorum fuit Gulielmus Comes à M
cha Lumæi Dominus, odium in Alban
profeſſus depictis in vexillo decem mone
ad decimi nummi memoriam invidiam
militibus inferendam. Commilitones fu
primi: Gulielmus Bloſius Treſlongus, L
celottus nothus Brederodii filius, Bartho
mæus Entheſius, Senojus, atque complur
Hæc Strada. Ut vero ad Argonautas Batav
redeamus, poſtquã multum diuque ja
eſſe

ſent, juſſuque Angliæ reginæ, ad quam Al-
ni Legatus queſtum venerat, Angliæ por-
bus excedere cogerentur, fruſtraque En-
huſam periiſſent, ab adverſo vento ad inſu-
m Vornenſem delati fuerunt. Eſt in ea uni-
um oppidū *Bricla*, quod illi, capto in arena
onſilio tentandum ſibi ſumunt. Atque ex-
itato confeſtim ad portam auſtralem incē-
io, & ad illud reſtringuēdum, civibus ūdiq;
oncurrentibus, portam Borealem occupa-
nt, oppidoque potiti fuerunt. Accedit hoc
nno 1572. ſimulque via ad libertatem, qua
cderatæ provīciæ adhuc hodie per Dei gra-
am gaudent, ſtrata fuit. Brielam ſecuta eſt
rox Vliſſingæ & Enchuſæ defectio: & paulo
oſt exemplum earum imitata ſunt reliqua
orealis Hollādiæ oppida: *Horna, Alkmaria,
damum & Medenblicum.* Quod cum perla-
um eſſet ad Auſtrales Hollandos, etiā ipſi,
s in his Dordracenſes, Goudani, & Leidenſ-
s, cæterique ſe reliquis aſſociavere, atque
rincipi Auraico, ut præſidi Hollandiæ ſa-
amentum dixere, ſola Schoonhovia & Am-
elodamo exceptis. Incredibile vero quam
ilis initio fuerit potētia horum aquatico-
m Geuſiorum (ſic enim per contemptum
ri hi fortiſſimi vocabantur) eorum pleriq;
mbda profugi (quâ non minus per inſtiga-
ones Hiſpanorum proſcripti erant, quā ex
nglia) nudi, inermes, omniumque rerum
digi duas naves conduxerant; iis tiāsfretā-
ri in Angliam, ubi exiſtimabant adhuc ſe
litеſcere poſſe; cumque cōſilii inopes per

N 3 mare

mare oberrarent, prope Aemlandiam in-
dunt in navim majorem, quam deſperabu-
di invadẽtes, inveniũt varia in ea arma, qu
ut valde opportuna erãt, ſic eam omnes c
ſcenderunt, dimiſſis quas conduxerant na
eulis, atque Angliam verſus curſum direx
runt; appropinquãtes autem Tamiſis oſti
ſocios itidem inde proſcriptos cum pauc
navibus in anchoris ſtare vident, iiſque
jungentes, nomen ſimul dant in hanc exp
ditionem: cui Deus æternum à nobis ce
brãdus ſic benedixit, ut oſtenderit ſe hum
nis deliberationibus præſidere, atque cõ
ſe n.õ valere ullum conſilium, ne quidẽ Al
ni Ducis, qui pridie antequã audiret de B
occupatione, Bruxellis ſeptẽ patibula er
juſſerat, Carnificique in mandatis deder
ut laqueorum abunde in promptu habe
poſtridie multos ſuſpendendos; quibus
una Brila ſalutem attulit, ita conturbavit
Hiſpanorum. Ab hoc tempore tot, eaque
luſtriſſima facinora mari á federatis Bel
ſunt edita, ut difficile ſit omnia ea enume
re. Ex multis pauca modo proponemus. A
no 1572. Claſſis XL. navium quæ ducẽ Me
næ Sidoniæ cum lecta militum manu in B
gium erat deportatura, tota pene diruta e
bis mille Hiſpanis aut ferro cæſis, aut Ne
tuno conſecratis. Eodẽ anno 20. Portug
licæ naves omnis generis mercibus reple
à Vliſſinganis interceptæ, maximo iis ſub
dio fuerunt, in tolerandis ſumptibus, qui
conſcribẽdo milite faciẽdi erant. Anno 15

ad Walachriam á Zelandis, claſſis, cui præerat Sancius de Avila, fugata eſt, interceptis ex illius navibus. Anno eodē ſimiliter claſſis, quam Amſterodami inſtruxerat Comes de Boſſu Gubernator Hollandiæ, à longe minori numero navium per fæderatos Hollādos inſtructarum, feliciter diſſipata fuit, captis, aut ſubmerſis pleriſque navibus, & inter eas ipſa navi prætoria, quæ odioſum nomē Inquiſitionis ferebat, & ipſum Boſſuvium Comitē propugnatorē nacti erat, qui ex pacto cū paucis ex ſuis cuſtodiæ mandatus, uſque ad Gandavenſē pacificationem in ea detētus fuit. Eodē anno Zelandiæ Amiralius, ſub tormētis Caſtelli Rammekens, viginti & amplius naves Biſcajēſes milite Hiſpano repletas, incendit, Herculeā ſic ſupergreſſus audaciā ſingulari Dei Gratia. Anno 1574. regia claſſis, à Ludovico Requeſenio ſub Glimeſio & Juliano Romero cōtra Zelādos inſtructa, ad Romerſvvaliā pari ratione, Zelandorum virtute perdita fuit, pleriſque navibus aut captis, aut ſubmerſis, reliquis diſſipatis, Hiſpaniſque amplius mille letho datis. Eodem anno Leida Dei & claſſis ſubſidio, aqua marina perruptos aggeres admiſſa, feliciter obſidioni eſt exempta, multis Hiſpanorum millibus interfectis, omnibuſque eorum propugnaculis & caſtellis dirutis. Hæ expeditiones maritimæ maximā exiſtimationem non tantum Hollandis ac Zelandis pepererunt, verum etiā ſummum terrorem Hiſpanis incuſſerunt, qui, uti teſtis

eſt Meteran. lib. 4. Ammiralium Zelandiæ haud aliter atque diabolū metuerunt, poſt quam *Aſſabres* (ſic lingua Biſcajenſi minores naviculæ vocantur) prope caſtellū Rammekens incendiſſet, (uti modo notatum fuit) multaſque Hiſpanorū centurias flamma atque fumo perdidiſſet, Enchuſani ſcopas malis navium ſuarum alligantes, oſtenderūt non degeneres nepotes eſſe eorum, qui ſocum vicinis ſuis Hornanis anno 1441. validam Ooſterlingorum, quos vocant, claſſem ceperunt, finemque impoſuerunt graviſſimo illi bello. (quemadmodum antea notatum fuit) quod inter Hollandos & Ooſterlingos exortum erat. Anno 1588. federatorum Belgarū claſſis conjuncta claſſi Sereniſſimæ Angliæ Reginæ partes ſuas fideliter explevit in ſubvertēda ac perdenda portentoſa illa Hiſpanorum Regis claſſe, per integrum ſexenniū in Angliæ præ cæteris perniciem, uti ſupra quoque annotatum fuit, maximis impēſis adornata: Belgarum autem diligentia, vigilantia, atque alacritate minores Parmenſis Principis naves, in portubus Flandricis ſtantes impeditæ ſunt, quo minus cum majoribus Hiſpanorum navibus conjungerentur, quæ conjunctio ſi facta fuiſſet, filo pependiſſet Anglia tota, exercituſq; *Parmē*ſis Principis ex veteranis cōſcriptus, in proximam Angliam facili negotio tranſportari potuiſſet. Anno 1596. Ordinum federatorum claſſis, ſociata iterum Angliæ Reginæ navibus addicentibus auſpiciis in Hiſpaniā

delat

lata fuit; Gadibuſque expugnatis & incē-
ſis, opima ſpolia in Belgium detulit. Anno
1599. iidem Ordines claſſem LXX. navium
ſtruxerunt, in qua erant duo millia mili-
tum, & ſex millia ſociorum nauticorum,
eaque tantum terrorē Hiſpanis incuſſit, ut
multi, qui ad mare habitabant, pretioſiora
ſua κειμήλια, ad caſtella à mari remotiora,
detulerint: niſi autem vis major, tempeſtas
ſcil. & epidemicus morbus inter milites &
nautas graſſans, conſiliis probe coctis ſecu-
rim injeciſſet, maximo damno Hiſpanorū Rex
à claſſe hac inſtructiſſima affectus fuiſſet. In-
terim inſula S. Thomæ expilata, plurimæq;
oneratiæ naves pretioſis mercibus repletæ,
à Belgis captæ, incommoda hæc magnam
partem lenierunt, pluſque ex præda coactū
erit, quam in ipſam claſſem expenſum eſſet.
Anno 1600. prid. Kal. Decemb. una longa
navis Ordinum, & quædam minores, intē-
peſta nocte, ante ipſa Antverpiæ mœnia, in-
ter tot propugnacula & infeſta undiquaque
tormenta, expugnarunt navim prætoriam
munitiſſimam, atque in Zelandiam deduxe-
runt. Anno 1602. octo triremes, quas Fre-
dericus Spinola Ambroſii frater, in portum
Cluſanum deducturus erat, à Zelandis aut
captæ, aut dirutæ fuerunt. Anno 1605. d.
24 Junii, Hiſpanorum claſſis, vehens duo-
decim centurias militum, exponendorū in
Flandriā, prope Doveram, à paucis fœdera-
torum Ordinū navibus funditus perdita eſt,
captis quoque compluribus navibus. Anno

1607. d. 25. Aprilis Hiſpanorũ claſſis inſtr-
ctiſſima, ſub ipſis tormẽtis Calpes (vulgo G-
braltar) ab Ordinũ claſſe oppugnata, aut i
cẽſa aut diruta eſt, rege Hiſpanorũ clade il
adeo cõſternato, ut ab eo tẽpore, ad pacem
aut minimum, inducias, cum fœderati Belg
Ordinibus contrahẽdas animum adjecerit
Anno 1622. menſe Novembri, in Archipel-
go claſſis Hiſpanica, quæ numero naviu
fiſa, oppugnare cœperat onerarias Belgar
naves, ab adjũctis præſidiariis navibus ſic re-
pulſa & cõtuſa fuit, ut ignominioſa fuga ſi-
bi cõſulere debuerit Anno 1629. Petrus Hey-
nius, poſtea amplius commemorandus, u
oſtenderet ſe dignũ legatum eſſe Celſiſſim
Auraici Principis, die 18. Junii, Amiralium,
ac Vice-Amiraliũ Dunckerkanum eo animi
ardore aggreſſus eſt; ut ante mortem, quam
majoris tormenti globo ictus, glorioſiſſime
oppetiit, ſuis viam ad certiſſimam victoriã
munierit, Anno ſubſequenti, menſe Janua-
rio, duæ naves, Ordinum Fœderatorum, mi-
nores licet, tres naves Dunckerkanorum in-
vaſerunt, unamque Neptuno cõſecrarunt,
perforatam ante crebris tormẽtorũ ictibus,
duas vero cum captivis multis Roterodamũ
deduxerunt. Anno 1631. menſe Septembri
minores naves cũ variis militibꝰ Antverpiæ
expeditæ, cum expeditionem per Scaldim
in Zelandiam meditarentur, atq; aliquouſ-
que jam progreſſæ eſſent, favente cœlo for-
titudine Batavorum, aut interceptæ, aut de-
lectæ fuerunt, magnaque captivorum copia
per

er federatarũ provinciarum carceres diſtributa eſt. Anno 1636. menſe Aprili, Prætoria Dunckerkanorum navis, cum illa, quæ ſecunda ab ea cẽſebatur, & adhuc tertia alia, Zelandorum navibus, poſt arduam atque longam pugnam expugnata fuit: ipſeque Amiralius, cum ſuo Vice Amiralio cuſtodiæ mandatus eſt. Anno ſequenti, menſe Decembri, Hiſpanorum Regis claſſis, conſtans viginti duabus navibus, quæ per totã æſtatem ab Ordinũ federatorum claſſe obſeſſa quaſi fuerat, cum vi perrumpere vellet, ab Hollandiæ Vice-Ammiralio, qui cũ quatuordecim ſolum navibus ad oſtiũ portus excubabat, ſic excepta fuit, ut duabus navibus captis, una incendio deleta, atq; octo ad littus propulſis, reliquæ fuga ſe ſubducere, atq; in portum redire coactæ fuerint. Anno 1639. die 7. Septemb. magna illa Hiſpaniarum Regis claſſis, in qua erant LXVII qua majores, qua minores naves, prope Angliam ab Hollandiæ Vice-Ammiralio, cui initio XII ſolũ naves aderant, oppugnata ad ſtationem Anglicam, quæ *Duins* dicitur, ut ſe recolligeret cedere coacta, à centum & amplius navibus obſeſſa, die 21. Octob. ferro & igni magnam partem deleta eſt; ſic, ut è tanto navium numero, præter XIII. Duinkerkianas naves, quæ initio, ſubſidio tenebricoſæ noctis elapſæ erant, domumque redierant, vix XIV. aut XV. laceræ in Hiſpania cladem illam inexſpectatam annunciaverint.

CAPUT XXI.

De Indiæ Orientalis Societate in Belgio fœderato illiusque potentia.

NAvalibus Ordinũ fœderatorũ victoriis veluti per ſatyram relatis, ad privato nos convertimus, qui publica authoritat muniti, communi hoſti hactenus non ſol obfuerunt, mari eum excludendo, ſed etia fœderatis provinciis immẽſos auri theſauro procurarunt. Primo loco hic occurrit Societas Orientalis Indiæ, quæ in unam ſocietatem, conferendo LXVI. auri tonnas, uti loquuntur, impetratoque ab Ordinibus Generalibus privilegio, primum coiit XX. Martii die, anno 1602; cum ab anno 1595. variæ naves, tũ ab Amſtelodamenſibus mercatoribus, tum à Middelburgenſibus expeditæ, in locis multis Hiſpanorum Regi admodũ obfuiſſent, turbataque Luſitanorum negociatione, viam muniiſſent ad Japonenſem, Moluccenſem, Zeilanam, Perſicam, Siamenſem, Chinenſem, Sumatrenſem, &c. mercaturam Cum variis quidem difficultatibus initio luctata hæc Societas fuit, cæterũ Deo benedicente, Ordinibuſque Generalibus in partes ſæpe venientibus, jam anno 1608. ad eam potentiã pervenerat, ut Dictores Societatis declaraverint, ſe ſtipẽdia ſolvere octo millibus ſociorum nauticorum, & octingẽtis; ipſeque rex Hiſpaniarum, æmulus maximè progreſſuum, quos Societas quotidie faciebat.

ſciebat, ultro duodecennales inducias annuerit, annoque 1609. liberaliſſime in eas conſenſerit. A plurimis autem annis Gubernatores tum militiæ, tum mercaturæ conſtituit per univerſam non ſolum Indiam, ſed pleraſque quoque regiones conterminas; Speciatim in *Tayovvã*, Inſulis *Moluccẽſibus*, *Japan*, inſulis *Bandæ*, *Amboyna*, *Siam*, finibus *Perſiæ*, & finibus *Cormandeli*. Generalis mercaturæ, cui adjuncti aliquot conſiliarii, vivit in inſula Java Majori, in qua ut primitus mercaturā cæpit exercere Societas, ſic lobum delegit geminū, unū in regno *Iacatra*, alterum in regno, *Bantam*: In hac ſiquidem inſula multa regna, & reges ſunt, quorum primarius ab indigenis vocatur *Ragia Mataran*, à noſtratibus vero Imperator *Mataruni*, eique paret univerſa propemodū inſula, cum inferioribus ſuis regulis; excepta *Iacatra*, quæ hodie Societati ſubeſt, regno *Tzerebon* intacto hactenus ob ſanctimoniā, quæ ab antiquo fano ei conciliari creditur; item regno *Zonrisbaja*, quod tamen vectigale, & regione *Bantã*. Olim ei parebat quoque *Iacatra*; ſed Societas animadvertẽs Bantamenſium perfidiam, & commoditatem portus in regione *Iacatra*, ibi ſtatuit urbem *Batavia*m, portūque valido caſtello muniit, ita ut anno 1629. ſufficerit ſuſtinendæ horrendæ & longæ obſidioni. Hæc urbs ratione negotiationis, quam Societas exercet, veluti centrum eſt; omnes quippe naves, quæ in patria expediuntur eò primum deſtinantur,

quo pro arbitratu Generalis, & conſiliariorũ illius ad loca convenientia ulterius ablegari poſſint: nec ulla navis, ex locis ad quæ ulterius deſtinata, immediate patriam repetit, ſed huc primo redit, quo ulteriora mandata accipiat. Præter præſidiarios milites, hic multi velut cives vivunt, qui obliti Belgii quiete aut artem manuariam exercent, aut negotiantur. Nec Belgici ſolum mercatores hic vivunt, verum etiam *Chinenſes, Iapanenſes, Sianenſes, Perſæ, Samatenſes, Sucsadani, Tarnatani, Iacatrani*, ceu indigenæ &c. qui omnes mercaturæ cauſſa hic libẽter cõmorantur. Qui initio ſortis ſuæ ſymbolam contulere, jam diu illã multoties multiplicavcrunt, ſingulisque annis reditus quam maximos percipiunt. Quo vero conſtet quantũ lucri ſocii in hac ſocietate percipere cõſuęverint, exiguum duntaxat ſpecimen, præcedentes annos concernens, proponam. Ergo octo annis ſubſequentibus talis facta diſtributio, ut quivis redituũ nomine pro quaque florenorum centuria, acceperit ꝗ ſequitur:

Anno 1605 menſe Julio	15. flor	In cẽturiã.
Anno 1606. menſe Martio	75. flor.	
Anno 1607 menſe Julio	40. flor.	
Anno 1608. menſe Aprili	20 flor.	
Anno 1609. menſe Junio	25. flor.	
Anno 1610. menſe Auguſto	50. flor.	
Anno 1613. menſe Maio	37. flor.	

Pro una ergo centuria, ratione ſortis adhuc integra,

gra, uſuræ nomine accepti 262. floreni. Porro uti ea, quæ ab hac Societate in mari præclare ſũt geſta, ſigillatim enarrare longũ foret, ita de ejus potentia, per *Dei* gratiam hodie adhuc maxima, pluribus non agimus, cum conſtet eam ſuis opibus militẽ cõſcribere, exercitus colligere, caſtra figere, movere, bella ſub alio Sole gerere, urbes expugnare, inſulas ſubdere, claſſes inſtruere, ac deniq; terris, fretis, portubus Hiſpaniarum, itemque Luſitaniæ Regẽ, (atque ut auguramur, etiam Anglos) exuere. Illud unum hoc tempore deploramus, quod potentiſſima hæc Societas non tam inſtructa ſit à navibus, atque ante annos quadraginta: ut enim omnia ſuadet ſpes lucri, maxime, quando inter privatos inita Societas; ſic eadem conſuluit à pluribus annis, ut paucæ ſolum, eæque grãdiores naves, pro trãſportandis mercibus in uſu eſſent.

CAPUT XXII.

De Indiæ Occidentalis Societate, illiuſque potentia.

ORientalis Indiæ Societatẽ Occidentalis excipit, de qua quanquam ante duodecennales inducias varia cõſilia inita fuerũt; nio tamen de ea demum agi cæpit, poſtquam induciæ (accidit hoc anno 1621. die April.) expiraſſent, propoſitoque die 3. Junii ejuſdem anni 1621. ab Ordinibus Generalibus

ralibus privilegio, conceſſaque recemi Societati Africana negotiatione, á privatis hactenus exercita aliiſq; excluſis illis Americæ & Africæ inſulis, ex quibus ſal-peti ſolet; mox ſingularem vim ad oppugnandum Hiſpaniarum Regẽ Societas hæc convertit, eo potentior, quod non ſolum rex Galliarũ, ſed & veneti ſubditis ſuis permiſiſſent nomẽ dare in hanc Societatem, Genevatibus quoque compluribus eum in finem pecuniam ſuam in Belgium deſtinantibus: Imo ipſa rep. Veneta ſummam eximiam conferẽte. Tanta jam tũ reip. hujus apud Belgas exiſtimatio erat! Senſit hoc rex Hiſpaniarũ, qui mox in America & Africa oppugnari cæpit; amiſſoque anno 1624. præcipuo portu Braſiliano (*Bahia todos los Sanctos*) maximos ſumptus facere coactus eſt, non ſolum in eo recuperando, ſed tuto deducendis quoque claſſibus, quas quotannis auro argentoque onuſtas ex Indiis accipere ſolet; quibus ut ut provide proſpiceret, anno tamen 1628. die 9 *Septemb.* ad Havanam trecentarũ auri tonnarum theſaurum una cum claſſe amiſit: quibus ſpoliis locupletata Societas, anno ſequenti, cum hoſtis communis, occupata Velavia, Hollandiæ jugulo immineret, liberaliſſime publicæ neceſſitati ſuccurrit, pecuniam & militem commodando. Poſtea in Braſilianam oram, Portugalis jam olim conceſſam, impetum ſuum convertit, annoque 1630. feliciter occupata Capitania Parnambuco, ut loquũtur, cum propugnaculis

culis & portubus variis, paulatim ulterius progreſſa, tota regione Luſitanos ejeciſſet, Sacchariquc confectionem & mercaturā ſibi ex aſſe vindicaſſet, niſi cōceſſa his pax Punicas ſuggeſſiſſet artes; quibus multis circumventis, ac interverſo emolumento, quod quotannis ex ſacchari præparatione percipi ſolet, Societas hodie ex parte laborat, nec tam in caſtigādis fœderis violatoribus occupata. (quorum vindex certo ſuo tempore juſtiſſimus Deus futurus eſt); quam in aſſerendis ſuis reliquiis, & quidem tam difficulter, ut vixdum lacertos adhuc ſuos moveat. Varii varia incuſāt, pauci vero cogitāt ob peccata noſtra, & neglectum cultus Divini in regionibus barbaris (quorum vix ulla cura geſta fuit) Deū non benedixiſſe tot mediis, quæ maximis cum impenſis fuere adhibita, ſed interneccioni quaſi devoviſſe validiſſimos exercitus & claſſes, adverſus perjuros Luſitanos expeditas. Omniū priorū votum, ut primo & ante omnia ſeria reſipiſcētia Deum in partes noſtras ſollicitemus, atq; dein majori cura & ſtudio incūbatur erigēdis Eccleſiis in iis regionibus, atque convertendis cæcis Gentilibus. Quorū vero privatim refert, optarent antehac tam inutiles ſumptus non fuiſſe factos, paucorum avaritiā & perfidiam fuiſſe caſtigatam, atque hodie minui inutiliū Curatorum & Miniſtrorum numerum, reliquias vero tenues ea prudentia & fide adminiſtrari, ut maneant ſalvæ; ſuoque tempore quid commodi redeat ad ſe; quorū

fortuna

fortunas impro[illegible], era Societatis fortuna a[illegible] trivit. Prioribus accedimus, posteriores no[illegible] curamus; ſed cum utrinque vovemus, n[illegible] unquam, quantum in [illegible] hoc quo[illegible] eſt plurimarum viduarum, Gerontocomiorum, & Orphanotrophiorum, quæ ſuas fo[illegible] tunas Societati huic promptiſſime crediderunt) Illuſtriſſimi Ordines Generales commitãt, ut ea intereat Societas, quæ patri[illegible] labores, antehac in ſe ſuſcepit, plurimum [illegible] juvit, atterendo ibi Hiſpanorum vim, und[illegible] hactenus veluti ex [illegible]cula, in totius Europ[illegible] perniciem tela accipere ſolent. Atque uti[illegible] Societas hodie ea eſſet, quæ olim! centu[illegible] & amplius naves cum ſex millibus nauticorum militũ intra paucas hebdomadas ſuppe[illegible] ditare poſſet adverſus communem hoſtem ceu eos qui in Anglia, quam diu Deo viſun[illegible] fuerit, dominantur.

CAPUT XXIII.

De Inſidiatoribus hoſtilium navium, itemque de Directoribus.

DEinde illi, qui apud federatos Belga[illegible] authoritate publica inſidiantur hoſt[illegible] libus navibus, in propriũ cõmodũ conve[illegible] tendis, conſiderandi; qui vulgo audiu[illegible] *Caep-Vaerders*, uti eorum profeſſio *Capery[illegible]* aut *Vrye Neerinck*; quam uti ſecundum ju[illegible] Poli hic non examinamus; (novimus eni[illegible] bellum non eſſe gerendum, propter prædam

ſola[illegible]

ſolam, nec illud eſſe convertendum in excidium privatorum, qui ſæpe ingemiſcunt illud motum eſſe ab iis, quibus ſolis jus eſt publice hoc indicere) ita ſolummodo notamus eam aut toleratam, aut permiſſam à ſupremis Poteſtatibus, admodū antehac præjudicioſam fuiſſe Hiſpanorum per mare potētiæ, atque exiſtimationem federatorum Belgarum mirū quam auxiſſe. Ut enim privata magis, quam publica ſentiri ſolent; ſic is publice in armis plurimū poſſe creditur, cujus potentiā quam plurimi, cum ſuo malo & damno ſentiunt. Hoc tempore, adverſus Anglos, Scotos, atque Hibernos, iterum publica authoritate privatæ hæ expeditiones navales permiſſæ ſunt, ea ſcil. ſpe, hac ratione plebem in iis regnis commotum iri adverſus eos, qui ſecundum Dei judicia, nobis profundiora mari, dominatum obtinēt. Sed, cum hi victricibus armis, validaque nitantur exercitu, miſera plebecula, etiā quando videt omnia ſua privilegia pedibus conculcari, ut laquei ſecura ſit, publice gratias agere debet. Eoque, dubito valde, an Deo hæc piratica placeat. Certum quidem mihi, cōmune non poſſe eſſe magnum, ſi privati quotidiano dāno implicētur, populumq; adverſus ſuos Rectores primo ſtomachari, atq; dein inſurgere, ſi cogatur vētri ſuo nugas inducere: interī ex Dei ſingulari atque īeffabili diſpēſatione nō videtur hoc expectari hic poſſe: quare nō ſine iniq̃tate aliqua arma noſtra expediri vidētur in eos, qui ſub

inſolito

inſolito jugo noctes dieſque gemunt; & non minus, quam nos ipſi injuſtum impiumque hoc bellū occultis gemitibus (neque enim in propatulo dolorem iis prodere permiſſū) execrantur. Forte longe magis rei cōmuni conſuleretur, ſic utrimque conveniret de inhibenda hac piratica , atque flos iuventutis nauticæ , qui ob ſperatā prædam, privatis illis exercitoribus operā ſuā addicere ſolet, per claſſem reip. diſtribuatur, atque in communem hoſtem ducatur. Poſtremo nō ſunt negligendi illi, qui vulgo audiunt *Kruyſſers*, ſive, qui invitati ab Ordinibus Generalibus, ſub certis conditionibus, naves Bellicas inſtituere ſolent, atque pro maris defenſione in communis hoſtis perniciem (privatæ licet perſonæ ſint, quæ haſce naves hactenus inſtruxerunt,) convertere. Qui ad haſce naves ſuis ſumptibus inſtruendas Societatē iniēre vulgo Directores (Belgice *Directeurs*) audiunt, ſæpiſſimeque rem admodum præclare, & in communis hoſtis perniciem pro aſſerendo Belgarum nomine , liberoque maris uſu converterunt. Veneti, qui talium hominum ſubſidio antehac navales ſuas vires firmarunt, nō ita pridē naves ab iis conductas magnam partē exauctorarūt, exiſtimantes remp. ipſā minoribus impenſis eaſdē expedire poſſe: quæ ratio, licet apud multos in Belgis federato, pondus haud tralatitium habere videatur; præſens tamen reip. ſtatus non videtur carere poſſe navibus à Directo-

ribus

ribus conductis, & per eoſdem milite & annona inſtructis.

CAPUT XXIV.

De Archithalaſſis, ceu Amiralis Belgarum.

QUum vero ea, quæ per virtutem cum laude geſta ſunt, cōmendationem mereri non videantur, niſi debita laus iis cedatur qui talia expedierūt; non poſſumus non hoc loco meminiſſe præcipuorū Argonautarum Belgicarum, quorum nomina cum ſint ἄξια πίνακος, vitio nobis haudquaquam verti poterit, quod ea hoc loco referamus. Diviſionem autem inſtituimus, claſſiumq; præfectos & legatos, ſejungimus ab inferioris ordinis capitibus. Inter Claſſium præfectos primo loco, ſuo magno merito cōmemorandus, jam antea quoque cum Mejero nominatus, Henricus Borſalius Toparcha Verienſis, cui ut ſupremum, cæterum fiduciarum in mari imperium, commiſſum fuit à Philippo Bono, & Carolo Audaci illius filio, ſic jam anno 1426. à jam dicto Philippo baltheo Equeſtri donatus erat, ob operam præclare navatam in prœlio adverſus Jacobam Hollandam, depugnato in inſula Scaldia, prope oppidum *Brauvvers-haven.* Hic ut pormoveret non minus rem nauticā quā mercaturam, meliores ſuas fortunas mari committere ſolet, per illud longe lateque mercaturam exercendo, atque hac ratione

ſuis

ſuis Zelandis, hactenus remiſſioribus, animum addendo ad comparandos equos ligneos. Non prætereūdus quoque *Petrus Longus*, vulgo *lange Pier*, quamvis enim ingens damnum Hollandis intulerit, quandiu Carolo Geldriæ Duci militavit: neceſſario tamen hic commemorandus, quod ortus ex ruſtica Friſiorum plebe, ad complures annos, paucis licet inſtructus navibus, præclariſſima eaque plurima, in mari Auſtrino facinora ediderit, atque ſummo ſuo merito, ab Authore Chronici Lubecenſis vocetur: *Vaſtator Danorum, Vindex Bremenſium, Interceptor Hamburgenſium ac crux Hollandorum.* Hujus inſignia erant *Patibulum Rhotaque*, nec unquam aliud ſymbolum habuit, ſolitus ōnes quos in mari capiebat, Neptuno conſecrare, quod Belgica phraſi dicitur: *De voeten ſpoelen.* Poſtquam vero continuis victoriis ſub auſpiciis Ducis Geldriæ, Burgundos fatigaſſet, pertæſus ulteriorem militiam, Sneccæ in Friſia ad vitam privatam ſe compoſuit, ibique teſte Pontano lib 11. Hiſt. Geld. d. 28. Octob. anno 1520. placide ſua morte defunctus eſt. Poſtquam fatalibus motibus Belgiū turbari cœpit, primus, ut Amiralius, Heroicæ fortitudinis complura ſpecimina edidit, vir de univerſa patria, aſſertaque illius libertate meritiſſimus *Enwout Pieterſen Worſt*, primus Vliſſinganorū in mari Capitaneus & Amiralius qui tantum terrorē nominis ſui Hiſpanis incuſſit, ut haud ſecus atque leonem eum metuerent. Legatus illius fuit *Ian.* *Mo*

Moor, qui vitam patriæ conſecravit. *Boudewyn Evvoutſe* item Vliſſinganus, non inops ſui terrorem longe lateque poſt W oſtium, cui ſucceſſerat, circumtulit, cum ante navim Biſcajenſem, Hiſpanum militem Duci Medinæ Sidoniæ adducentem, cui nauclerus erat datus, ſubſidio popularium, quos apud ſe habebat, feliciter occupaſſet, ſuiſq; Vliſſinganis cum præda obtuliſſet. *Lodovicus Boyſot* Vliſſinganorum Amiralius, Belgis, licet extraneus, militans Leydam feliciter obſidioni exemit anno 1574 aliaque memoria digna geſſit. *Adriaen Willemſſe* Zirizæanorum Amiralius, ut ſæpe aliàs patriæ præclaram operam navavit, ſic cum Boyſoto Leidam præſenti excidio exemit *Cornelis Claeſſe* Vice Amiralius ſub *Boudewijn Evvoutſe* varia fortiter non minus, quam feliciter expediit. *Cornelis Dirxſſe* Noort Hollandiæ Amiralius ſtrenuiſſime rē geſſit contra Comitē de Boſſu, uti antea ex parte relātū fuit. *Iuſtinus à Naſſau* naturalis filius *Guilielmi* I. *Auraici* añ° 1588. præfuit claſſi Ordinū fœderatorū, ejuſque ſubſidio feliciter impedijt, ne quas naves Dūnkerckæ Parmēſis Dux expedierat, Hiſpanicæ claſſi in Angliæ excidiū ſe conjungerent. *Iohannes de Duvenvoorde*, *Dominus de Warmond* anno 1596. una cum claſſe Anglicana ea expediit, quorum cap., 20. ad dictum annum mentio facta fuit. *Petrus vander Does* miles imperterritus anno 1599. præclariſſime, uti cap. 20. dictum, pro patria contra Hiſpanos rem geſſit. *Ian Adriaenſe*

Cant

Cum Vice-Amiralius triremes Friderici Spi nolæ aut oppreſſit, aut cepit: victoriam tan ex parte funeſtavit *Ioos de Moor*, vir fortiſſi mus, atque à parte Ordinum Vice-Amira lius. Anno 1605. *Haultain* non minus fort tudine quam natalibus illuſtris, Amiralii t tulo conſpicuus fuit, eaque in patriæ grat patravit, quorũ jam antea mentio facta fu Nec minor virtus fuit Vice-Amiralii *Ian Ge brantſe* infra diſtincte conſideranda. *Iac Heemſkerke* Amſtelodamenſis anno 159 cum aliis occupatus fuit in inveſtiganda v per novam Zemblam in Chinam, ſexcenta que difficultates animo heroico ſuperavi Anno 1604. cum altera vice in Orientale Indiam ablegatus eſſet, majorem Luſitan rum naves, (*een Craeck* vocant) non ſolu mercibus pretioſiſſimis refertam, ſed ult octingẽtos armatos viros vehẽtem, duab ſolum naviculis & vix ducentis viris inſtru ctis feliciſſime expugnavit. Præ cæteris v ro anno 1607. animum heroicum prodidi cum oppugnata ad Calpẽ Hiſpanorum cla ſe, moriendo pro patria, cui ſe totum co ſecraverat, ſuis ad glorioſiſſimam victori viam ſterneret. Anno 1611. *Haultinio* Vic Amiralius datus eſt *Moy Lambert*, quo ma a piratis obſeſſum, expugnaretur, quod h anno 1618. potiſſimum non minus felicit quam fortiter executus fuit. Eodem an *Hillebrant Gerbrantſe Quaſt*, cui, tanqua tertio Amiralio, pars claſſis adverſus pirat commiſſa erat, æque feliciter in patriæ gr

tia

tiam id expediente ad Algerium in Africa. *Haultaino* ut Amiralius ſucceſſit *Dominus de Opdam*, eique anno 1625. defuncto *Guiliel-mus Naſſovius* naturalis filius Mauritii Principis Auraici, quo in obſidione Grollana anno 1627 infelici glande tranſfoſſo, mare aliquamdiu infeſtum fuit, uſque dum anno 1628. tres ordinarentur claſſes, iiſque totidem diſtincti Amiralii præficerentur: Nempe *Wernmer van Berchen* natione Gelder, *Hilebrant Quaſt* Enchuſanus, & *Wilhem Melck-an* Hornanus, qui patriæ illiuſque incolis, maxime in deducendis navibus oneratis, præclarã operam navarunt. Non multo poſt maris præfectura ſecunda (ſupremi quippe maris præfecti fuerunt illuſtres Principes Auraici, quamdiu notati fuerunt) delata fuit *Pieter Pieterſſe Heyn*, qui poſtquam ſæpius experimentum ſui contra Hiſpanos, à quibus aliquandiu in vinculis detentus fuerat, dediſſet, præfectus Societatis Indiæ Occidẽtalis claſſi, non ſolum ad ſinum Matancæ claſſem Hiſpaniarum Regis, argentum vehentem intercepit; ſed etiam meritus iterũ navalem coronam anno 1629. vitam patriæ impendit. Quo vero ore celebrem noſtrum *Marten Harperſe Tromp*, ad quem ex ordine jam perveni, in quo, ut omnes, quotquot cõmemoravi, archithalaſſi reſurrexiſſe videntur, ita animum ejus vere heroicũ, ſumma ejus humanitas, & quod caput, erga Deũ pietas inſtar ſpecularis lapidis illuſtrat, omnibuſq; commẽdatiſſimum reddit, Lo-

cum

cum hunc excelſum diu ante meruerat, quā conſequeretur, ſiquidem jam anno 1630. mēſe Januario unī ſolum navim in comitatu habens, tres Dunkerk noſtrū naves aggreſſus unam profundo merſit, ſecundam cum centum & quinq; captivis cepit, tertia ignominioſiſſime fuga ſibi conſulente. Eodem anno menſe Martio iterum Dunkerkanam navim expugnavit, nec unquam ab eo tempore è mari rediit, quin opima ſpolia ab hoſte referret, uſque dum anno 1637. ſubſtitueretur *Dorpio*, qui indignus dubium ob ignaviam an incuriam eo loco cenſebatur. Ab eo tēpore ea virtutis ſuæ edidit ſpecimina, quæ nulla unquam ætas delebit, obiter à nobis commemorata ſupra cap. 20. ad annos 1637. & 1639. Imo adhuc quotidie contra Anglos præclare rem gerit, non minus diligens in vindicanda exiſtimatione antiquorum Hollandorum & Zelandorū, quam aſſerēdis commerciis patriaque libertate. Proximus ab eo *Vvitte Cornelisse de Wit*, vir eſt imperterritus, neſciuſque hoſti ſuo tergum obvertere, nec promeritus ea, quæ invidia cum ſorore ſua calumnia, (neſcia optimorum conſiliorum eventum ſæpe fruſtraneū evadere, atque virtutem prodere ſe nō poſſe niſi illi ſeſe occaſio ſociaverit) eructare āte-hac ſuſtinuit. Nec ſilētio prætereundus *Cornelis Evertſe* Præfecti nautici (vulgo *Cōmandeur*) titulum ferens, item Amiralii Zelandici, heros navalis nulli ſecūdus, inſigniſque non minus prudentia quam ſcientia rerum

nautica-

nauticarũ: primitus inclaruit expugnata navi Amiralii *Collaert*, quem ab infimis ordinibus propter virtutem Rex Hiſpaniarum nõ ſolum promoverat, præficiendo eum claſſi Dunkerkanæ, verum etiam allegerat inter Equites Crucigeros. Animo & amore pro patria nequicquam ei cedit frater *Joan Evertſe*, pariter præfecti titulo inſignis. Omittendus haudquaquam etiã *Michiel de Ruyter*, quem bellum Anglicanũ cœpit reddere illuſtrẽ, cujuſque virtus omni prœconio major: vir vel ideo cõmendandus, quod unius patriæ amore caput ſuũ intrepide quibuſcunque periculis offerat, ſecurus omnis ſtipẽdii, quod alios invitare ſolet; hoc quippe liberaliſſime patriæ remittit. Denique his ſubnectendus vir pervigil, intrepidus, ſuaq; ſtatione digniſſimus *Pieter Floriſſe*, Prætor nocturnus in Claſſe majori, aut, ut vulgo loquuntur, *Schout by Nacht*. His heroibus hodie apud federatos Belgas res nautica potiſſimũ nititur, atque utinam virtuti & conſiiis eorum Deus ſiç benedicere dignetur, ut per eos ſuperbos procaceſq; hoſtes etiã deprimat! In mari Mediterraneo, nuperrime adverſus Anglos admodum ſtrenue atq; feliciter rem geſſit *Ian van Galen* Amſtelodamenſis, cui victori feliciter paulo poſt prœlio defuncto ſurrogatus eſt parte ſuo digniſſimus filius, junior *Tromp*. His addi debent ot eximii Archithalaſſi Societatis Indiæ Orientalis: Nominatim *Iacob van Neck*, *Olivier van Oort*, *Spilbergen*, *Steven vander Hagen*,

Matelief Schouten, VVibrant Schram &c. itē-que Generales Batavici, *Renst, Reael*, (qui ali-quando quoq; præfuit claſſi C[illegible]) *Car-pentier Coenen, Spex, Brouvver, Dimen*, &c. Qui omnes aut Hiſpanum docuerunt, quā-ta ſit Belgarum fortitudo, aut novas per ma-re vias in navigationum commodum invene-rūt. Nec prætereūdi Amiralii Societatis In-diæ Occidentales, *Iochem Ghyſen, Pieter Adri-aenſe*, Ita, *Schapenham, Dirck Simonſe, Boude-vvijn Hendrixſe, Ian Dirxſz Lam, Ian Ianſe van Hoorn, Iacob VVillekens, Hendrick Loncq, Pater* (qui licet anno 1631. superaretur ab Amiralio Hiſpano *Antonio d'Ocquendo*, qui poſtea *Trompio* pœnas dedit, victor tamē mo-riendo fuit, ſolus quippe cū duobus centu-rionibus *Ian Moſt*, & *Marten Tyſſen* poſtea memorando, aggreſſus eſt ſedecim ingētes Galeones, quos & expugnaſſet, ſi reliqui centuriones ſuo functi fuiſſēt officio) *Houte-been, Lichthart*, aliique, non minus præclare de Societate meriti, quā de univerſa patria, cujus exiſtimationem contra Hiſpanos forti-ter aſſeruerūt. His addendus *Iaques l'Hermite* Amiralius in claſſe Auraica, qui niſi præpro-pere mortuus fuiſſet, ſūmo terrori Hiſpano extitiſſet.

CAPUT

CAPUT XXV.

Enumerãtur quidã Centuriones navales, quorum virtus præ aliis ſuſpicienda.

AD centuriones ſingulos, ſi deſcendendum eſſet, non unus hic Scæva aut Petrejus occurreret, ut in ipſo quoque vulgo nautarum Cynegyri plurimi, ex immẽſo exemplorũ acervo pauca ſequentia delibaſſe ſolum ſufficiat. Initio occurrit *Adriaẽ Banckert*, qui quanquam anno 1600. defendere non potuit omnes lixarũ naves, quas ſolus Oſtendam deducturus erat, contra ſeptem Sluſanorũ triremes, plurimas tamen periculo eripuit, ipſeque moriendo pro patria, ſuis viam oſtendit, qua naves ſervare poſſent. *Begier* Centurio anno 1600. d. 29. Novemb. quis eſſet oſtendit in occupãda ante Antverpiæ mœnia prætoriana navi. Centurio *Saal*, & alter quis *Hartman* præ aliis ſe probarunt contra Friderici Spinolæ triremes. Ante omnes alios vero cõmemorãdus *Lambertus*, vulgo *Moye Lãbert* terror ille Duinkerkanorũ, qui præterquã quòd cũ Heẽskerckio ad Calpen præclare rem geſſit, amplius anno 1605 11. d. Novemb. Amiralium Duinckerkanorum, una cum Vice-Amiralio *Ian Gerbrantſſe*, feliciſſime expugnavit, ſæpeque alias minores Duinckerkanorum naves expugnatas Roterodamẽſibus, qui ei defuncto, & ante mortem Vice Amiralio, (uti dictũ antea) momumentum erexerunt, obtulit. *Lan-*

gen Hendrick vir fortiſſimus, & facile ſecundus ab Heemskerkio, ejus exemplo patriæ vitam conſecravit. Nec ſilentio prætereūdus *Pieter VVillenſe Verhoef*, qui mortuo *Heemſkerckio*, in prætoriana illius navi tū imperium capeſſivit, tū prælium feliciſſime proſecutus fuit. Anno 1618. *Melchior van den Kerckhove* cū aliquot navibus bellicis Venetias deducturus militem a Rep. in his provinciis conſcriptū inter *Tariſam* & *Gibraltar* obvias habuit novē naves Hiſpanicas, quas ita excepit, ut deſideratis quadringentis ex ſuis, ignominioſa fuga ſibi conſulere debuerint. Cēturio *Pleckeroers* āno 1621 inter Doverā & Caleium ſub initium anni 1621. duas naves Hiſpanicas expugnatas in patriam deduxit. Eodē anno præ cæteris ſe exeruit virtus *Hermāni Kleuter* Amſtelodamenſis, qui nec ſubſequentibus annis quieſcere potuit, aggreſſus quippe archithalaſſum Duinkerkanum *Ian Michielſe*, cum expugnaſſet, niſi perforata ſua navis profundo merſa ipſeque natando ſibi conſulere coactus fuiſſet; interea reliquis navibus, Dunkerkanis ſic inſtantibus, ut eorum Archithalaſſus accenſo pulvere pyrio navim perdere maluerit, quam ſe committere fidei hoſtiū. *Ioachim Hendrix Svvartēhont* in Archipelago anno 1622 cōtra Regis Hiſpaniarū claſſem ſtrenuam admodum operam navavit, aſſerendo naves onerarias, quas deducebat. Præter dictum *Ioachim Hendrix*, eodem anno reip. præclarā operam navavit Centurio *Alteras*, juſſus excubias

cubias agere ad Canalem, tutoq; deducere naves mercatorias Eodē anno menſe Junio *Ian Yſbrants* Edamenſis PiratamBiſcaienſem ante Caletum perdidit. Eodem anno menſe Auguſto virtutis ſuæ exim'a documēta ediderunt ſubſequentes centuriones: *Kleuter*, jam antea commemoratus, *Antonis Ianſſe*, *Ian van Nimmegen*, *Anrizen Luyſ*. *Adriaen Floris*, & *Iacob Volkertſe Vinck*, in oculis Oſtendanorū, occiſis amplius ducentis, duas naves Hiſpanicas perdendo. Hoc & ſubſequenti anno, fidem & fortitudinem ſuam in deducēdis & defen'ēdis navib9 bellicis præ aliis probarunt *Adriaē Crimpē*, *PieterSchoutē Hillebrāt Quaſt* ant a nominatus, *Ian Iacobſe Mey*, *Cornelis Splinter*, *Hans Bournon*, *Adriaen van Kruinigē*, qui ſubſequētibus quoq; ānis ſtrenuam & utilē rei cōmuni operam dederūt *Ieroē Evvoutſſe* Roterodamēſis celeri ſolū navi imperās, biēnii ſpatio ūdecim naves ad orā Flandricā occupavit. *Dirck Goethals* imperans tali navi, quæ *een Fluyt* audit, anno 1627. una expeditione duos piratas Biſcaiēſes navibus exuit, alteriuſque navim ſub tormentis caſtelli Olonnes abduxit, promeritus eo nomine præmium fortitudine ſua dignū. *Rombout de Par* anno 1626. & 1627. ſæpius præclare cōtra Duinkerkanos ſeſe geſſit. Iis qui iam nominati ſunt, adjungendi ex Cēturionibus navalibus *Hardebil*, *Ian de Lapper*, *Ian vaes*, *Pieter van Vianen*, *Hendrick Cop*, *Vrolfert Deyman*, *Teunis Floris*, *Tymen Claeſſe*, & *Vlo*; qui omnes ſub tribus Amiraliis, quo-

rum cap. 14. facta mentio uſque ad annum 1629. præclare rem geſſerunt; aliis pro dolor! torpeſcentibus, ſuique ſacramenti nominis, quam antiquæ Batavorum virtutis obliviſcentibus; adeo ut Ordines coacti fuerint anno 1627. centurionem Bagijn Roterodami capite plectere, eo quod nulla cogente neceſſitate navim ſuam Dunkerkanis tradidiſſet. Sub Petro Heinio anno 1629. priſtina virtus reviveſcere cœpit. Specialim Centurio Iacob Vink (antea quoque nominatus) iſte anno 1629 in prælio navali tormento Heinio, hoſti integro pene tam diu inſtitit, quoad eum oppreſſiſſet. Nec prætereũdi *Ioris Martens*, & *Villem Bovvens keert de Koe*, qui hoc anno cũ *Cluter* in Portugallia ſtrenue rem geſſere. Inclaruere quoque ſub *Heinio Liedekerckèn*, *Evert Antonis*, aliique. Cæterum, quod deplorandũ cum maxime, mox ardor ille iterũ elanguit; Dunckerkanis pro arbitrio in mari dominantibus, & parũ quiete illud obtinentibus; adeo ut ſub finem anni 1632. pro aſſerendis navibus mercatoriis Societas Directorum erigi debuerit, cui cum militaret *Cornelis Ianſſe*, alias *de Haen*, univerſo orbi fortitudinem ſuam, & animum imperterritum probavit, ſepties cum hoſte ſuo dextro Marte congrediendo: poſtremo cum d. 19 April anno 1633. obvias haberet duas Duinkerkanorum naves, cum ſua navi medium inter eas ſe ſtitit, unamque ictibus plurimis perfoſſam. Neptuno devovit, alteram vero ignominioſe fugere cõpulit, ipſeque

que moriẽdo victor, plerisque nauticis præfectis interfectis, jure merito in Amſtelodamenſium templo monumentum virtute ſua dignum conſecutus fuit. Anno 1631 *Hollart* Vice-Amiralius, probavit operam ſuam in profligãdis navibus minoribꝰ, quæ ſub Comite Johãne Naſſovio ad Scaldim, pro invadenda Zelandia, expeditæ erant. Anno 1636. fortiſſimo *Ian Evertſe*, cujus cap. 24. facta fuit mentio, ſtrenue ſuccurrerunt *Pieter Adriaenſe*, & *Banckert*, expugnando Amiralium Duinkerkanorũ, duaſq; alias regis naves perdendo. Nefas vero eſt, ſilentio premere nomina eorum, qui anno 1629. una cum noſtro Trompio ad *Duins* Hiſpanicam claſſem igni ferroque devaſtarunt. Sub initiũ ergo Hiſpanis ſe oppoſuerunt XII. duntaxat naves ſubſequẽtibus cõmiſſæ nempe: Amiralius *Tromp*, *VVilhem Colſter*, *Pieter de VVeint*, *Robbert Poſt*, *Claes Ianſe Ham*, *Lambert Halfhoorn*, *Kamp*, *Ian Garrebrantſen*, *Louvverens Piterſe Back huiſen*, *Frederick Pieterſe*, *Rengelſen*, & *Pottebrecker*: pugnantibus ſupervenerunt quinque naves: Vice-Amiralius *VVitte Corneliſſe de VVit*, *Foran*, *Bredero*, *Adriaen Dommerſe*, & *Sybrant Barentſe*: Eadem veſpera acceſſerunt: *Vijck*, & *Ian Iacobs Lobbes*. Poſtridie ſũmo mane ad claſſem amplius appulerunt: *Ioos Banckert*, *Frans Ianſſe van Vliſsingen*, *Ioris Cats*, *Ian Theuniſſe Sluys*, *Lieve de Zeeuvv*; *Ionck-Hoen*, *Dorrevelt*, *Gerrit Veen*, *Tiaert de Groot*, *Ioris Pieterſe*, *Hoffert*, & *Abraham Krynſen*. Atque per hos

factum, ut potētiſſima Claſſis Hiſpanica ſe receperit in eum angulum, ubi primitus fu obſeſſa, atque de.n ignominioſe delata. D nique non prætereuadi centuriones, qui a tehac á privatis in Hollandia Zelandiaq conducti, eos non minus ditarunt, qua prædæ ſpe virtutis eximia documenta ed derunt, aſſerendo pariter patriæ exiſtim tionem. Exhis præcipui, qui ſequuntur: *Fo Legier, Pieter Banckert, Adriaen Parys, Ma ous Andrieſſe, Adriaen Claeſſe, Bevernag Theophilus Thibault, de Ionge Simon den Danſe Vrien, Bende, Pieter Barentſe Dorrevelt*, *An dries Berghenaer, Antonis Ianſſe van Lillo, Lij Ianſſe Fate, Meynart Ianſſe, Ian Frelin, Chriſti aen Iacobſe*, aliique, quos recenſere longu foret.

CAPUT XXVI,

De ſociis nauticis, & quid exiſtimandum ſit, de navibus ab iis incenſis.

POſt præfectos nauticos, ſocii quoque nautici, ſive nautarum vulgus conſiderari debet; eorum autem maior per Hollandiā atque Zelandiam numerus eſt, quam muſcarum, quando caletur maxime. Quod enim Florus lib. 2. cap. 7. de Rhodiis dicit, vocando eos *nauticum populum*, examuſſim in Hollandos atque Zelandos quadrat. Immenſus autem eorum per Belgium numerus hinc colligi poteſt, quod jam anno 1588 cū tota

Anglia

Anglia & Belgium trepidarent ad mentionē Claſſis Hiſpanicæ, Vice-Amiralius Hollandiæ coram Ordinibus profeſſus fuerit, ſeſe, ſi neceſſitas urgeret, inter quatuordecim dies cogere poſſe amplius quam triginta millia exercitatorum ſociorum nauticorum, uti teſtis eſt *Reidanus lib.* 8. Nec tantum ingens horum numerus, ſed etiam peritia navigandi, virtus atque alacritas eſt. Quod præfiſcini enim dictum ſit in nullo terræ angulo aliquos invenire eſt, qui pleraque & ordinaria nautarum officiatum dexterius, tum alacrius & promptius expedire poſſint: unde vulgo quoque marinæ manus atque pedes iis tribui ſolent (*Zee-handen en Zee-voeten*) ʒ. Intrepide quæcunque pericula non tantum maris, (ad quod ut concipiuntur, ita in eo á primis annis ducātur) ſed etiam præliorum navaliū (longe ea aſperiora terreſtribus eſſe ſolent) adeunt. Imo pauci licet, ardua & ſtupenda quæque aggredi ſuſtinent. Documento ſunt novem ſocii nautici, qui anno 1626. in Hiſpania navim copioſo milite repletam, tum occuparunt feliciter, tum incolumen in patriam deduxerunt. Sub initium tumultuum Belgicorū, cum nulli ex captivis ſervarentur, ſed aut occiderentur, aut in mare præcipitarentur, confertim ad navalia prælia, Vliſſingani, Hornani, & Enchuſani quoque cives ruere ſolent, & æque intrepide in navalem expeditionem nomen dare, atq; encœnia adire. Imo adhuc hodie, ibi nauta Batavus & Zelādus ſe maxime prodere ſolet,

ubi novit aut vincendum, aut moriendum sibi, nullumque locum cuſtodiæ ſperare poſſe. Ex conſuetudine magis, quam e lege, diu quoque obſervatum eſt, navim potius perdere accenſo pulvere tormentario, quam hoſti tradere. Nullus autem ex navalibus noſtris ſociis ad tale ſacramentum exhorruit, ſed in plerisque navibus Bellicis antehac non quidē juſſu Ordinum, ſed ex conſuetudine puer quis conductus eſſe ſolet, qui urgente neceſſitate pulverem arcē derēt, quod phrasi nautica e[illegible] *aen roodē haen in het cruyt ſtecken*. Quum vero in rei hujus extremam deſperationem arguē is memoriam inciderimus, haud abs re fuerit poſt tot viros eximios accuratius aliquanto, ſed tamē diſtincte, totam hanc rem expendere. Atque initio quidem video pleroſq; proſuppoſuiſſe falſum, quaſi milites navales, ab Ordinib9 Generalibus mandatū unquam acceperint, incendendi navim, ubi deſperārent de ſua ſalute, atque hoc ipſis juramento ſolemni promiſerint. Nunquam hoc inſertum fuit formulæ juramenti; ſed res ipſa ultro, atque citra authoritatē publicā, paucis aliquibus exemplo ſuo præeuntibus, frequētari cœpit inter eos centuriones navales, qui præ aliis fortes atque invicti videri volebant; hac potiſſimū occaſione, quod utrimque (hoc eſt tū à parte Ordinum, tum à parte Hiſpanorum) captivi in mari, cujuſcunq; loci atque ordinis, Neptuno inſtar victimæ conſecrarē-tur, Belgarum fœderatorum exemplū ſecuti

ſunt

ſunt ipſi Hiſpani, quorum Amiralius *Ian Michielſe* (ut ſuperiori quoque capite annotatum fuit) ſe & navim ſuam cum omnibus vectoribus incendio perdere maluit, anno 1622. quam hoſtium fidei ſe permittere. Imo extranei quoque imitati fuerunt; ſpeciatim Sueci, ex quibus cum quis ſe atque navim perdere maluiſſet, quā venire in poteſtatem Dantiſcanorū, Magnus ille Guſtavus Adolphus regū prudentiſſimus, cōvenientiſſime dixiſſe fertur. teſte Loccenio lib. 3. de jure Maritimo c. 9 *Erga me & regnū maſcule & fideliter, erga ſeipſum ſcelerate fecit*. Præſupponēdo ergo, hæc hactenus facta eſſe, à privatis citra juſſum ſupremi Magiſtratus, dicimus, utut alii hæc facinora à fortitudine, publicisque uſibus (iis quippe hoſtes terreri admodum putantur) commendare geſtiant, nullo modo probari poſſe, ob ſequentes rationes: 1. E diametro hæc adverſantur ſexto præcepto, quod Exod. 20. 13. Deut 5. 17. ut, circa authoritatem publicam, prohibet omne homicidium, ſic etiam *αὐτοφονίαν*. 2 Non poſſumus ex vita hac diſcedere, quando nobis viſum fuerit, ſed cū advenerit tempus à Deo definitum, aut, ut loquitur Scriptura 1. Sam. 26. 10. *quum advenerit dies, ut moriamur*. 3. Contra naturam eſt, ut quis *odio proſequatur propriam ſuā carnem*, Eph. 5. v. 29. (4) Expreſſe videtur Deus improbare factum eorum, qui ſe ſuosque funditus perdere inſtituūt, ſic enim loquitur per Ierem. cap 44 v. 7. *Quare facitis*

malum maximũ contra vos ipſos, ut excindat vobis virum & fœminam, parvulũ & lactantẽ è medio Iehudæ, ut nõ reliquas facietis vobis reliquias. 5. Idem ſenſus omnium fermeGentilium, qui exceptis ſolis Stoicis αὐτοχειρίαν improbarunt quam maxime. Ex quorũ ſenſu convenientiſſime Martialis lib. 11. ep. 57.

Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam,
Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.

6. Aliter quoque non exiſtimant Pontificii Doctores: quamvis enim conſueverint in aliis laxi ſatis eſſe, αὐτοφονίαν tamen omnem quocunque etiam prætextu palliatã, improbant, ut videre eſt apud *Navarr, ad Sextum præceptum quod ei quintum cap. 15. th. 11 Tolet. lib. 5. Inſtr. Sacerd. cap. 6 concl.* 1 7. Speciatim vero in hoc caſu ex Orthodoxis Theologis pro nobis ſtant *D. Voetius in Therſite. D Vdemans cap. 6. qu. 9. libri, quem inſcripſit, Coopmans roer* Rev. *D. Paſor* Collega honorãdus *in Syllabo Quaſt. Ethic.* Ex Lutheranis Theologis velut ὁμοψήφους Loccinius l d. adducit *Battum, Dedekennum, & Duntbium*. Nec cõtrarium ſuadere poteſt exemplum Simſonis Iud. 16. v. 30. neque enim ipſe Simſon, qui Heb. 11. refertur inter illos heroas, qui pro fide certarunt, aliter excuſari poteſt, quam quod actus fuerit peculiari inſtinctu, ut gnarum quoque erat Auguſt. lib. 1. de C. D. cap. 21. *Nec Samſon, dicit, aliter excuſatur, quod ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſit, niſi quia Spiritus latenter hoc juſſerat, qui per illum miracula faciebat,*

ciebat. Quid quod Simſon primario videatur intendiſſe templum Idololatricum Dagonis evertere, nec tam ex deſperatione aut privata vindicta, quam actus zelo gloriæ Dei illud egerit. Audio quidem dici, nautas non tam intendere directe, ſui, quam hoſtis excidium. Sed hoc dilutum valde, ſiquidem non conſueverint antea ad hoc facinus ſe accingere, quam aut deſperēt de ſalute impetranda ab hoſte, aut videant, ſe conſervando navim ditaturos hoſtem; accidit quidē aliquando, ut ſimul aut quædam ex hoſtium navibus incendantur, aut quidam etiam ex hoſtibus pereant, ſed, hoc caſu magis fit, quam deſtinato conſilio eorum, qui navim incendunt. Præterea, quum ſimpliciter αὐτοχειρία illicita ſit, nullo caſu licita fieri poteſt. Convenienter Auguſt. lib. 1. de C. D. cap. 27 *Si ſponte ſe occidendi cauſſa juſta non eſt, ergo nulla eſt*. Cui conſentit ipſe Burgerſdicius, à nobis alias diſſentiens cap. 19. Id. Phil. Moral. §. 17 *Quod per ſe malum eſt, non poteſt ulla effecti ratione fieri bonum*. Ad rem quoque non facit, exemplum militis in tali ſtatione conſtituti, in qua certo ſibi moriendū ſit; ſiquidem ſi ille moriatur, non ſua, ſed hoſtis manu cadit in ſua legitima vocatione. Multo minus curari debet terror, qui hinc in hoſtes redundet, quum regula Apoſtoli Rom. 3. v. 8, *Non ſunt facienda mala, ut eveniant bona*, nullam limitationem admittat. Nec D. Burgerſdiciūs, aliter affirmativam ſententiam defēdit, quam ſub hac hypotheſi, eos, qui navim

incen-

intendunt, *publica authoritate munitos eſſe* cap.14. id. Phil Mor. §,17. quam nunquam hic interveniſſe certum eſt. Et quid ſi ea interveniat, nihilominus magis *obediendum fuerit Deo, quam hominibus*, Act. 4. v. 19. quod in hoc ipſo caſu non audet diffiteri ipſe Burgerſdicius l d. §. 16. ſic loquens: *Quid ſi magiſtratus aliquem damnet ad αὐτοχειρίαν? Legi naturæ potius parendum eſt, quam magiſtratui id quod naturæ contrariū eſt præcipienti.* Concludimus ergo facinus hoc, heroicum licet animum arguat, legi Dei adverſari, ſic ut optemus eo in poſterum abſtineri. Si ſocii noſtri & milites navales poſtquam omnia egerint, nec vincendi nec effugiendi occaſionem videāt, arbitrio potius victoris ſe permittant, quo, ſi forte in vivis ſerventur, alio cōmodiori tempore patriæ inſervire queūt, ſeque ab hoſte, non virtute ſed occaſione ſuperiori, ulciſci in Dei nomine.

CAPUT. XXVII.

De exiſtimatione Belgarum federatorum apud extraneos, propter navalem experientiā & fortitudinem: quæ hactenus per Anglos non imminuta.

OB res hàs non tantum præclare geſtas à federatis Belgis, verum etiam propter eorum ſingularem peritiā in nauticis negotiis, non ſolum ab hoſtibus ſuis metuūtur, verum

rerum etiam ab omnibus Regibus & Rebuſpublicis, non tantum per Europam, ſed univerſum terrarum orbem, æſtimantur. Teſtis eſt Reidanus lib 8. Anglos priùs abjecte admodum ſentiſſe de federatis provinciis, & jactaſſe, Sereniſſimam Reginam ex ſola miſericordia populo miſero ſuppetias tuliſſe, cæterum plurimum eaſdē æſtimare cœpiſſe, quum anno 1588 viderent intra paucas hebdomadas validiſſimam non ſolum claſſē ab illis expeditam, ſed illius quoque ſubſidio impeditum fuiſſe ducē Parmenſem, quo minus ſe cum claſſe Hiſpanica conjungere poſſet. Hinc maximi quique Reges & potētiſſimæ Reſp. hujus reip. Societatem nō tantum ambierunt, ſed ab ea quoque ſubſidia nautica ſollicitarunt, quæ omnia diſtincte referre, quod in recenti adhuc memoria ſint, non eſt opus. Illud memoria dignū fortitudinem Belgarum in mari exercitā, tantum potuiſſe apud magnum Imperatorem Ottomannicum, ut eos anno 1611 per ſupremum ſuum Archithalaſſum invitaverit ad ſocietatem ſecum eundam. Nec hoc ſilētio prætereundum, ipſum Hiſpaniarum Regem imploraſſe opem maritimā Belgarum adverſus ipſos Belgas. Quum enim per duodecennales inducias, quidem ex ipſis Belgis (quod deteſtamur tamen cum maxime) inſtituiſſēt piraticā exercere, nec tantum mare mediterraneum, verum ipſum quoque magnum infeſtum reddere, vexando potiſſimū Regis Hiſpaniarū ſubditos, inſtruēdoque

piratas

piratas Turcicos, aliter in ordinem redigi n
potuerunt quam per ipſos Belgas populare
ſuos. Præterea ab anno 1618. Reſp. Venet
ſæpius ab hac repub. ſubſidiū navale implo
ravit, cujus exemplum aliquoties ſecuta fu
reſp Genuenſis, itēque Equites Melitenſes
in mari licet exercitatiſſimi. Hujuſce rei
operam fidam non ſolum ſibi, ſed ſuis quo
que rebus perutilem expertus Chriſtianiſſi
mus Galliarum Rex in obſidenda & occupā
da Rupella anno 1627. & 1628. Utinam ve
ro tum temporis alio converſæ fuiſſent vire
noſtræ navales, quam adverſus eos, qui æq
pretioſam fidem cōſtantiſſime nobiſcū pro
fitebantur! ſed hæc jam præteriere. Deum
rogo, filiis & nepotibus non imputet, qu
á parentibus facta fuerunt. Anno 1646. ide
Rex occupando Dunkerkā. reipſa expertu
eſt, quantum poſſit populus, qui mari po
tens. Sueci quoque æſtimantes, ſuo merito,
virtutem atque potentiam noſtram mariti
mam, anno 1644. feliciſſime contra Dano
ſub viro fortiſſimo *Marten Tiſſe* (cui ipſi
cognomē addiderunt *Anckerhelm*) navibus
& ſociis noſtris nauticis uſi fuerunt: an pro
ſalute reip. noſtræ dubitant mecum plurimi
in patria. Nec virtus & exiſtimatio hæc per
Dei gratiam adhuc aut obliterata, aut mar-
core obducta fuit minime per Anglos, in ma-
ri licet dominantes, quā diu Deo viſum fue-
rit Ipſi enim agnati noſtris primo eleemo-
ſynis (anno 1644. per has provincias pro af-
flictis quaſi Hibernis collectis) in ſuū Regē
poſt-

poſtquam, effaſcinato populo ſpecioſo Parlamenti & privilegiorũ nomine, feliciter & Regem, & Hibernos cum Scotis ſubmoverunt, fingẽtes frivolam cauſſam, naves mercatorũ noſtrorum detinere, eaſque deprædari inſtituerunt; qua potentia per noſtrum torporem aucti, eo audaciæ progreſſi fuerunt, ut non ſolum æquas pacis conditiones rejecerint, injuſtiſſima multa à nobis poſtulaverint, verum etiam libertati noſtræ per claſſem in ſpeciem horribilẽ (gnari incommodorum quibuſcũ domi luctamur) inſidiari ſuſtinuerint. At quid interim præclari, & quod fortitudinem bellicã arguat geſſerũt? Unam navim à ſex capi & opprimi poſſe, quis miretur? ſed unum nautam, qui octo ſolum tormenta habet, & in navi 22. ſolum homines numerare poteſt, trium Anglicanarum navium impetum per octo horas ſuſtinuiſſe, & maluiſſe navim ad littus applicatam perdere, quam hoſtis arbitrio ſe permittere, miraculo ſimile, ſed hoc accidit ſuperioris anni menſe Septembri, ne de aliis virtutis *Batavicæ* ſpeciminibus recẽtibus dicã. Sed interim cladẽ ſumus paſſi? Deo ſcil. eam inferente, quia non potuimus aut vento, aut tempeſtate, aut aliis incommodis impediti, hactenus virtutem noſtram contra Anglos exercere. Utinam autem præſumeremus, placato ante omnia Deo, maritima negotia eo ordine, quo olim adminiſtrare! brevi dolerent Angli. Verum eſt, validam habent claſſem, & ingentes naves, ſed

ipſa

ipſa ſua mole præpeditas. Obſident noſt[ros] portus, ſed quoniam per negligentiam (mitiſſime loquar) ex juſto Dei judicio, q[ui] indidiſſe nobis videtur ſpiritum vertigini[s] rem navalem diligentius nõ curamus. Qu[an]do Leonidas cum ſuis trecẽtis ad Therm[o]pylas cæditur, moriendo tamen cum om[ni]bus ſuis vincit. Nec treſcenti Fabii victi, ſed [cæ]ciſi: Regulus captus á Pœnis, nõ victus; opp[ri]mi ab Anglis poſſumus, ſed per Dei gratia[m] animum nondum ſubmittere. Idem anim[us] in pleriſq; heroibus noſtris navalibus, qui [in] *Wilhelmo Tar* Harlemenſi, præfecto claſ[ſis] Groenland ca anno 1624. qui cum injuri[a] ab Anglis afficeretur, exiguam licet navi[m] haberet, duas tamen Anglicanas, ut ſecũ [a]perto mari congrederẽtur, auſus fuit provo[]care. Heroës noſtri in exiguis licet navibu[s] conſiſtãt cum modico milite, cõgrediuntu[r] tamen cum Anglorum prætoriana navi ſol[a] ſi modo congredi velit. Exhibet quidẽ no[]bis hoc tempore tergum Deus, ſed placatus ut ſpero, brevi iram ſuam convertet in eos qui impia ſua arma juſta eſſe exiſtimãt, qui[a] hactenus felicia. quaſi ſcil. melior fuerit Ben[]jamitarum cauſſa, quã reliquorum Iſraëlita[]rum, quia diu victores fuerunt. Vos, qui ex [Pi]cata gente, navales mei ſocii, durate & ani[]mum modo retinete, propediem ut ſpero, mare, ut in eo veſtram prodatis virtutẽ, ha[]bebitis apertum. Vos pii vero á Deo pẽdete, expectãtes ejus auxilium adverſus dominã[n]tes Anglos, qui mare invaſerunt; ut olim *Ci-*

lices

ces pirata: ſublatiſque commerciis, rupto fœdere neris humani, maria bello, quaſi tempeſtate ecluſerunt, ut loquar cum Floro lib. 3, p. 6.

CAPUT XXVIII.

Quam neceſſaria Belgis ſit maritima potentia.

EX ordine dein expendendum, quam neceſſarium Belgis ſit, mari plurimum poſ-, & hanc potentiam, qua ante hunc Anglo-m dominatum polluerunt, retinere. Prær ea, quæ in genere ſub initium hujus Traatus notavimus, quod quivis huic reip. cile ea applicare poſſet, ſubſequentia breter ſubjicimus. I. Quod Salluſtius dicit in tilinaria Conjuratione, hic ſerio cogitanm: *Imperiū facile iis artibus retinetur, quiſ initio partum eſt.* Quando mare primi aſtores libertatis, qua jam ex Dei beneficio udemus, ingreſſi ſunt, hoſtē terreſtri belco uſque victorem, vinci poſſe didicerūt, ut Famianus Strada dicit lib. 1. *E piſcatoriis quot navibus, nova repente reſp. extulit ca- qua armis indies prævalida, ſuperiorē pati terra velit, nec mari jam poſſit.* II. Quicid aliis videatur, propitio, ac mediis beneēteDeo, quādiu Belgis federatis ſalva erit c maris potētia, ſalva quoque erit Reſp. ncidet vero, atque tranſibit in manum il-, qui eandē eripuerit, & obtinuerit. Ex re

eſt

eſt audire Scribanium Jeſuitam Cap 38. Inſti Politico Chriſtianæ: Et ſane, *inquit*, cum plurima fuerint, quæ Belgicum aluere bell novarum rerum cupiditas, loci opportun tas, maris, fluminum; vicinorum Regum principum auxilia; hoſtilis in noſtris co temptus: conſiliorum optimorum, bene gerendarum rerum neglectus, diffidenti tarditas, æmulantium ſtudia, & odia dom ſtica, multorum egeſtas ſolo bello medica da: quæ etiam invictam in hanc diem no magnam provinciam tenuerũt, fruſtra utr uſque Indiæ profuſis opibus totiuſque Hi panici imperii viribus: tum unum maris fl minumq; imperium, audere & ſtare docui & ultro etiam inferre bella, omnemque la tiſſimi regni partem, Oriente ac Occident toto inimicis infeſtare claſſibus. O quis cre dit, exiguum populum ſola inimica mari infeſtatione, orbi prope imperaſſe? ac tan quam novam Numantiam, omnem potẽ tiſſimi Regis annis amplius quinquaginta conatum luſiſſe? auſuque portentoſo orbem non ſemel enavigaſſe, audaciæque ingenti ſuæ veſtigia omnibus, qua ſol oritur, qu occidit, orbis terrarum regnis impreſſiſſe nulli ſupplicem, omnibus minitantem? ſe & novas orbe novo terras, mariaque nulli ante claſſibus trita retexiſſe, dum quod Ma gnus Macedo voverat, orbes invenit novos tanti fuit imperaſſe mari. Nulli illum æſtu nulla terruere frigora, nulla fugere, etia per ipſa concreta glacie maria, (quæ poſte

rita

titas credet?) navigare habuit & naturæ vim inferre, clauſaque ſæculis retro omnibus clauſtra reſerare. Magnos animos, &, ſi adſit Deus, ſi pietas; ſi cauſſæ bonitas. imperio dignos. *Hæc ille.* III. Cum individuo nexu cohęreat Mercatura magnaria & longinqua, cum maris potentia ſive imperio; non poſſunt non omnibus modis federati Belgæ de imperio maritimo (eo ſcil. modo, que definivimus ſupra) retinendo ſolliciti eſſe. Illo enim ſi exciderint, nō ſolum Societas Indiæ Orientalis ſua maxima illa mercatura excutitur: Sed, *1.* intervertetur mercatura per fretū Herculeum, exerceri ſolita in Archipelago, & mari Mediterraneo aſſitis locis, nominatī Venetiis, Genuæ, Maſſiliæ, Toloni, Livorno, Naupacti vulgo Lepante, Tuneti, Algiri, Alexandria, Cairo, Tripoli, Alepi, Scio, Smyrnæ, Patras, Andro, Millo, Jaffa, &c. 2. intervertetur quoque Mercatura Gallica, hactenus maxime exercita Caleti, Rhotomagi, S. Malo, Nantesii, Burdegalæ, Bajonæ, Rupellæ, &c. 3. Item Portugallica & Hiſpanica, cui tot per annos, in præjudicium ingens rei communis, à privatis inhiatum fuit. 4. Adhoc Anglica, Scotica, & Hibernica Mercatura hoc tempore ceſſans per funeſtū hoc bellum. 5. Tota Orientalis, ut vulgo loquuntur, mercatura, quæ præter tres illas celebres Hāſeaticas civitates, Lubecā, Wiſmariam, & Roſtochium; univerſam Daniam, Pruſſiam, Curlandiam, Livoniam, & Poloniam complectitur. 6. Mercatura Septentrio-

tentrionalis reſtringi maxime ſolita, ad eam mercaturam, quæ exercetur per Norvvegiã Sueciam, & Lappiam. 7. Mercatura Moſcovitica, hactenus à Septentrionali diſtincta. 8 Et poſtremo mercatura quæ in locis Albi, Viadro, Viſurgi, & Amaſo adjacentibus exercetur, neque enim adiri poſſunt, niſi mediante Mari. Quis enim ei maris uſum conceſſerit, qui ſollicitus non eſt, ut in eo aliqui poſſit? IV, Halecum annua captura, quæ amplius quam octodecim millia hominum ſuſtentat, itemque balænarum piſcatus ad Groenlandiam exerceri ſolitus, neceſſario potẽtiæ hujus marinæ ſubſidio indiget: exẽplum exhibente hoc anno præſenti non ſine multorum lacrymis & gemitu V. Quanquã maris uſus jure gentium liber eſt, & ad navigandum & piſcandum ex æquo omnibus patet *Leg.* 3. § 1 *ff ne quid in loco publ.* nihilominus tamen aliquando federatis Belgis is negatus eſt, imo hodie adhuc negatur, à præfractis Anglis, in præjudicium annonæ, cujus pretium per totum Occidentem certo certius propediem incendetur: (uti enim Romana reſp. Ægyptiaco & Africano indigebat frumẽto, ſic hæ provinciæ Orientali vindicare aurẽ tãdiu Belgæ hoc jus poterũt, quã mari valuerint, cum valida claſſis vera clavis ſit, qua clauſtrum illud reſerari poſſit. VI. In memoriam revocandum, quæ incõmoda acciderint, cum in maris imperio aſſerendo remiſſius incũberetur. Teſtes maxime eſſe poſſũt anni 1623. 1624. 1626. 1627.

1631.

1631. 1633. 1634. 1635. quibus Duinkerkani in mari dominantes, non tantum maxima damna intulerunt plurimis mercatoribus, ſed per eos quoque ipſam rempublicam attriverunt. Imo locupletiſſimus teſtis eſt præſens hic annus quinquageſimus tertius ſeculi decimi ſexti, cui plures, longe funeſtiores adhuc, ſuccedent, niſi in partes ante omnia ſolicitato Deo Opt. Max. laboraverimus Anglos mari expellere, illiuſque imperium aſſerere. Fruſtra ſumus, niſi per quæcunque pacta cum talibus, ſperemus ſartam tectam fore mercaturam noſtram: quandiu hi graves noſtri vicini in mari dominabuntur, compedita erit mercatura. Si enim una Oreſunda ratione mercaturæ Orientalis neceſſario tranſeunda, antehac habita fuit crux mercatorum, quanta crux non futura dominans Anglia, dico, tot commodis portubus, & tam valida hoc tempore claſſe inſtructa. Omnia etiam ſi promiſerimus, & quodcunque jugum ſubierimus, non tamen ſecuri eſſe poterimus. Quis enim ſperare auſit fidem nobis datam violatum non iri ab Anglo, qui neque Regi ſuo legitimo, neque conjuratis ſociis hactenus eam ſervare præſumſit.

CAPUT XXIX.

Cauſſa prima, maritimam potentiam cōſervans Deus Opt. Max. eſt, quem quia Belgæ removerunt à ſe, non deliteſcunt amplius ſub ejuſdem umbraculo.

CUm ex præcedentibus abunde cōſtet, quantum federatorum Belgarum interſit, maritimam hanc potentiam, quam to difficultatibus ſibi quæſiverunt, tutari; deinceps expendere convenit, quibus artibus eam retinere atque in perpetuū aſſerere poſſint. Secundum Poëtam enim, *Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri.* Conſiderabimus autem hic duum generū cauſſas generales, & ſpeciales. Generalis cauſſa non minus averruncans malum imminens, quam conſervans bonum præſens, eſt magnus ille Jehova, maris & cœli dominus qui quicquid *ſibi placuerit facit in cœlis, ac in terra, per maria, & omnes abyſſos*, Pſal. 135. v. 6. & quoties *manum ſuam extendit, ſuper mare commovet regna*, Eſaiæ 23. v. 11. Una Tyrus hic ſit ante oculos, cujus quondā *negotiatores principes, & inſtitores inclyti terræ* erant, ib. v. 8 & de qua Ezech. cap. 27. v. 24 & 25. dicit *Mercatores tui erāt rebꝰ perfectiſſimis, involuti hyacinthinis, & phrygianis, gaziſq; gentium in ſuperioribus habitantium, quæ funibus circūligantur, & includuntur, cedrinis capſis in mercatu tuo. Claſſes Oceani decantabant te cōmercio tuo? deniq; plena eras & gravis valde in intima*

tima parte marium. Tanta autem omniũ rerum peritia atque experientia gaudebat, ut Plinius lib. 5. Nat. Hiſt, cap. 13 Phœnices, quorum caput erat Tyrus, laudet quaſi inventores artis nauticæ, bellicæ, ſiderum, & literarum: Munita vero tantopere, ut dicatur *in corde maris* ib. v. 4. ſita eſſe. Nec tamen omnia hæc eam excidio eximere potuerunt: poſtquã enim fruſtra eam obſediſſet Salmanaſar, teſte Joſepho lib. 4. Antiq. cap. 15. Nabuchodonoſor, vaſtatis ãte Hieroſolymis tredecim annis ad eam ſedit, tandemque expugnatam diruit, adeo ut Ezechiel eodem capite v. 32 & ſeq. de ea dicat: *Quo tempore confracta es à maribus, in profundiſſimis aquis; commercium tuum, & tota congregatio tua in medio tui ceciderũt: Omnes habitatores inſularum obſtupeſcunt de te, & Reges illorum horreſcũt horrore, percelluntur vultu. Negotiatores in populis ſibilant de te: terrori ſummo es, quod nulla ſis uſque in ſeculum.* Poſtea eam iterum ſubegit Magnus Alexander, & quicquid reliqui habebat potentiæ, eripuit, ut legere eſt apud Curt. lib. 4. Quod Tyro (quam Amm: Mercell. lib. 14. vocat *urbem plenam gratiarũ & venuſtatis, urbibus decoratã magnis & pulchris*) accidit, certo & quidẽ brevi, ſecundum infallibile Scripturæ Prognoſticõ, nobis accidet, ſi Jehovam à noſtro ſtatu alienaverimus; &, (quicquid etiã ſibi quidã perſuadeãt) quod Propheta Nahũ cap. 3. v. 16 de Ninive dicit, emporiis noſtris obtinget: *Multiplicaſti negotiatores tuos, præſtellis cœli, ut me-*

lolanth a irruit & avolat, avolabunt. Eòque ante omnia Deus Opt. Max. hic in partes ab omnibus ſollicitandus, *qui tamdiu nobiſcũ eſt futurus, quam nos cum eo*, 2. Chron. 15. v. 2, &, quoniam nos cum eo non ſumus (removimus quippe eũ, per multiplicia & horrẽda peccata noſtra, longiſſime à nobis) ipſe hoc tempore nobis non ſolũ adverſarius factus, verũ etiam erecto brachio flammanteque gladio occurrit, immo occurrit nobis prô dolor! ut *ferox leo*, Job 10. v, 16 qui licet jam videatur duntaxat *inſidiari in latibulo*, Thr. 3. v. 10. brevi tamen, ſic metuo! ſic metuo! *æſtuabit ut juvenis leo derelinquens tugurium ſuum*, Jerem. 25. v. 38. nec ſolum ſuum *populum exedet*, Oz. 13. v. 8. verum etiam *quos jam rapit, ſic deportabit, ut nemo eos eripiat*, Oz 5. v, 14. Tria potiſſimum peccata notari ſolent, quibus præ cæteris populi maritimi tum vacent, tũ etiam ob quæ ordinario puniantur: Snperbia, luxuria. & avaritia. De Superbia Tyri, ut ad alia exempla non accedamus, à Deo punita ſic Eſaias cap. 23 v. 7. 8. 9 *Hæccine vrbis exſultabunda videretur; cujus pedes à diebus præcedentib9, à præcedẽte ſtatu ipſius deducunt eam ad peregrinandum procul? Quis capit conſilium hoc contra Tyrum illam coronariã? &c. Iehova exercituũ conſiliũ illud cepit ad fœdandum faſtum omnis gloriæ, ad elevandũ omnes honoratiſsimos terræ.* De luxuria & molitie, præter quam quod fidem facit vulgatum proverbium, quo maritimi *mores*, velut molles & luxurioſi notantur,

tur, Cæſar amplius lib. 2. locupletiſſimus teſtis eſt in Nerviis, ut Belgarũ fortiſſimis, hoc nomine, *quia nullus aditus ad eos ſit mercatoribus, nihil patiãtur vini, reliquarumq; rerum ad luxuriã pertinentium inferri, quod his rebus relanguеſcere animos, eorumq; remitti virtutẽ exiſtimarent*. Quam vero Luxus Deo diſpliceat, patet in Sodoma, de qua Ezechiel cap. 16. v. 49 *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ; excellẽtia, ſaturitas cibi & trãquillitas quieta fuit ipſi & filiabus ejus, & manum pauperis non confirmavit*. Avaritiã maris accolis, ob mercaturam, quam exercere ſolent, familiarem eſſe docet experientia; quotuſquisq; enim in Mercuriali turba occurrit, cui applicari non poſſit illud Sen. lib. 6. de Benef. cap. 14. *Mercator non cogitat quantũ auxilii allaturus mihi, ſed quantum lucri ſibi.* Interim quotuſquiſque cogitat, quod per Amoſum dicit Deus cap. 8. Proph. v. 3 & ſeqq. *Ejulabunt cantica templi die illa, dictum Domini Iehovæ, plurimum erit cadaverum, quæ in omnem locum projecerit tacitus. Audite hoc, qui anhelatis dejecturi egẽtem, & deleturi pauperes terræ. Dicendo, quando trãſiverit hoc novilunium, ut vendamus commeatum? & ſabbathũ, ut aperiamus frumẽti horrea? minuendo Ephũ, & majus faciendo pondus, ac pervertẽdo lancibus doloſis.* Si quæ gens vero, unquam tribus hiſce peccatis aperto capite, elato brachio, & plena animi deſtinatione vacavit; næ nos Belgæ lõgiſſime eandẽ ſuperavimus. Quorſum exaggerẽ Sodomæ Gomorræque Celti-

ea peccata? *Clamor eorum multus eſt*, Gen. 18. v. 20 Hoc uno forte diſtamus à vera Sodoma (Ezech. 16. v. 49.) *quod hic pauperis & egentis manus confirmetur*: at interim, an non completum proh dolor! in nobis jam diu, de quo Deus queritur apud Ezech. cap 22. v. 26. 27. 29. & 30 imo an non majori jure, quam tum, hodie αὐτὸς adhuc conqueri poſſet: *Sacerdotes vim faciunt legi meæ, & prophanant res ſanctas meas, inter ſanctum & prophanum non diſcerunt, & inter impurū & purū diſcrimen non oſtendūt: ac à Sabbathis meis occultāt oculos ſuos, denique prophanor inter eos Principes ejus in medio ejus ſunt tanquam lupi prædantes prædam: effundendo ſanguinem, perdendo animas ut faciant quæſtum. Populus ipſe terræ fraudant fraude, & rapiunt, pauperemq; & egentē opprimunt, ac peregrinum fraudant injuria Dum quæro ex eis aliquem qui obducat ſepem, & conſiſtat in eruptione corā me pro ipſa terra, ne corrumpā eā, nō invenio*. Revera autem *nullū interceſſorem* hoc tēpore Deus invenit, quum ſuperiori anno, quotquot adhuc ſuppererant, juſto judicio ſuſtuliſſe videatur. Adeo vero obfirmati obduratiq; in peccatis ſumus, *ut ne quidē ad animū revocaverimus*, quod *tot juſti perierint*, Jeſ. 57. v. 1. An nō ergo jure meritoq; *à nobis umbraculū receſſerit, ac Iehova* deſierit *nobiſcū eſſe*? Num. 14. v. 9. Omnino, jureque ſummo. Exigit, exigit juſtitia Dei, ſi nos nolimus nos convertere, ut ipſe *ſuper nos effundat indignationem ſuam, conſumatque nos igne furoris ſui*,

Ez. 22.

Ez. 22. v. 21. Quomodo vero coram eo irato ſubſiſtemus? quũ *omnes gentes velut nihil ſint coram eo, minus nihilo & inanitate reputétur ei,* Jeſ. 40. v. 17. Imo quomodo ſubſidere poterimus ad breve quoque tempus, quum jam appēſi lancibus & minores pondere inventi ſimus, Dan. 4. 27 *ſecuri ad radicem arborum poſita,* Matth. 3. v. 10.

CAPUT XXX.

Quomodo Deus ſit placãdus, breviter oſtẽditur, obiter citra læſionẽ admonitis Magiſtratibus, votiſque ad eum directis, cujus unius opus auxilio.

QUoniã ergo Patria noſtra propter peccata (quæ tam manifeſta ſunt, ut non opus ſit cum Ezechiële Propheta cap 8 v 8 *perfodere parietẽ,* ad perluſtrandas abominationes, aut, cum Tzephania cap. 1. v. 12. eaſdem *lucernis ſcrutari*) tanto expoſita eſt periculo, ut omnes boni metuant, ne propediem trãſeat in manus novi rigidique domini, qui ſi non extinguat lucernã Orthodoxæ fidei, ſaltem patiatur oleũ illius, hactenus purius ſole, adulterari publicæ; (anhelantibus jam eo omnibus qui Tzionem oderunt, quibuſque ſolemne blaſpemas ſuas hæreſes in cruſtare ſpecioſo libertatis nomine. in prophetãdo quaſi exercẽdæ) quivis facile animadvertere poteſt, cur conſilia noſtra terra marique tã male ſuccedãt, impleaturque Jeſaiæ

verbum cap. 9. v. 17. 18. 19. 20. *Exardeſci improbitas velut ignis, qui ſentes ac vepres abſumit; & incendit perplexa ligna ſylvæ, adeo ut in minutiſſimum pulverem abeant elato fumo Inde præ excandeſcentia Iehovæ exercituũ obſcurabitur populus terræ : eritque iſte populus quaſi pabulum ignis, nemo in fratrem ſuum clemẽtia utetur. Nam ut ſcindat ad dextram tam eſuriet; & comedat ad ſiniſtram tamẽ non ſaturabuntur: ſinguli carnem brachii ſui comedent Menaſche Ephraimum, & Ephraiim Menaſchẽ, ſimul iſti contra Iehudã: omnibus his nõ avertetur ira ejus, ſed adhuc manus erit extẽta.* Alius hoc, alius illud incuſat: vulgus rerũ novarũ avidum, infeſtũque ſuis Magiſtratibus, modo ducem haberet, ſeditionẽ occiperet Qui maxime perſpicaces videri volunt in negotiis reip. inteſtinas factiones omniũ malorũ cauſſã eſſe ſuſpicantur, quique ex illis beneficia præterita condigno pretio æſtimare ſciunt, ringuntur poſteritatem eorũ ſũmoveri, qui ſanguine libertatẽ noſtram redemerunt. At quicunque cum Deo in ſacrario ejus loquũtur mente magis quam voce, & quotquot guttam pietatis habent reliquam, uno ore fateri debent, quod unis peccatis omnia mala, quæ nos premunt, imputari debeant; unumque hoc ardentiſſimis votis exoptãt, ut hoc adhuc tempore *malitia noſtra nos erudiat, & averſiones noſtræ nos corripiant.* Jerem. 2. v. 19. Tot per annos lõganimis *Deus* cõnivit ad peccata noſtra, interea temporis, cũ Moſe nos *ex aquis* quaſi *educẽdo*, Exod. 2. 10.

&

& *inſtar titionis eripiendo ex igni*, Zach. 3 v. 2. ſic ut neque Germanicæ, neque Gallicæ, neque Anglicæ plagæ ad fines noſtros derivatæ fuerint, ſed ſimiles facti fuerimus *illi quercui, cui poſt amputationem ramorum* (innuo ſanguinolentum & ſumptuoſũ illud bellũ, quod tam feliciter geſſimus, cum Hiſpanorum Rege, ut ipſe Rex ultro nobis offerre debuerit honeſtiſſimæ pacis cõditiones) *ſtatumen adhuc ſupereſt*, Jeſai. 6. v. 13 Sed quaſi gratiarũ actione pro tot tãtiſque beneficiis Deo noſtro occurrimus? Certe in nobis cõpletũ fuit, quod dicit Jer c. 3 v. 8. *Quãvis viſũ mihi eſſet omnibus de cauſſis, quibus adulterata eſt averſa iſraël, dimittere eã, & dare ei libellũ repudii, non tamen timuit perfida Iehuda ſoror ejus, ſed abiens ipſa ſcortata eſt quoque* Quãvis interim ipſe Deus per fidos ſuos miniſtros (quos veluti *ſpeculatores* cõſtituit ſupra ſuum populum, Ezech. 33. 6. quique olim *videntes* vocabantur, 1. Sam. 9. 9.) noctes atque dies exoptarit, ſalutem ſui populi, & ingemiſcẽdo ex intimis paterni ſui animi affectibus, dixerit; *O ſi populus meus auſcultaſſet mihi, ſi Iſraëlitæ in viis meis ãbulaſſent*! Pſal 81. v. 14. Quæ tamẽ ſuſpiria ipſius Dei, adeo de incolumitate noſtra ſolliciti, nos ne quicquam movere potuerũt, quũ cõpletũ in nobis ſit, quod cap. 4. apud Amoſũ Prophetam toties repetitur: *Nec tamen cõverſi eſtis ad me, dictũ Iehovæ*. Sic ut peccata noſtra Deum non ſolũ coëgerint, blandam illam pacẽ *mutare in abſinthium*, Amoſ. 5. v. 7. verum etiam præter

 morbum

morbum Epidemicum, quo multi ſublati fuerunt, & mercaturæ interverſionem, adverſus nos concitare eos, quos antea velut fratres noſtros colebamus, & quibus *effoſſos* quaſi *oculos noſtros dediſſemus*, Gal. 4. v. 15. qui quamvis jugulo noſtro jam immineant, & velut carnifices, divinitus excitati, æque ſublatam habeant ſecurim, ad evertendam funditus remp. noſtram, atque eadem domi cũ capite regio uno ictu monarchciũ regimen præciderunt; vel duo vel nemo tamen ad Deũ, à quo maximæ hæ calamitates immittuntur, ſe convertit, ſed unuſquiſque in ſuo curſu Infernum verſus, claſſicum canente diabolo, haud aliter perſeverat, *atque equus præceps ruens in prœlium*, Jerem. 8. v. 6. Imo, in nobis completur illud, quod ipſe Deus dicit apud Jerem cap. 7. v. 9. 10. *An furando, occidendo & adulterando, jurandoque falſo, &c. etiã venietis & ſtabitis coram me in domo hac, quæ vocatur de nomine meo, & dicetis, eripiemur* (ita proh dedecus! multi neglecto Deo, aut ante, aut poſt habitam concionem, de præſidiis, á quibus ſpes liberationis exſpectanda videtur, diſſerere ſolẽt) *ut perficiatis omnes abominationes iſtas?* At, quid dicit Deus, proximo capite v. 15. apud eundem Prophetam: *Exſpectatis pacem, ſed nihil erit boni: tempus curationis, ſed ecce aberit terror.* nam, utut nobis (mei Belgæ) adulemur, moreque antiquo, ſpe in viſibilia magis quã in inviſibilẽ & omnipotẽtẽ Deũ defixa, omnia, auguſta & proſpera brevi exſpectemus

per-

pergimus *ludibrio habere Deũ, ut conſtringãtur vincula: nam confirmationem, & quidem præciſam audivi à Domino Iehova exercituũ contra totã hanc terram*, Jeſ. 28. v. 22 Quandiu eodem modo nos gerimus, atque hactenus geſſimus, neque à Superioribus noſtris, neque à ſociis fœderatis, neq; à Claſſibus, utut decuplo ãplioribus & auguſtioribus claſſibus hoſtiũ, quicquam ſubſidii ſperare poſſumus, imo nulla creatura nos ſervare poteſt ab elata manu irati Dei, *adverſus quẽ nulla ſapientia, nulla intelligentia, & nullũ conſilium ſubſiſtere poteſt*, Prov 21. v. 30. Unicum conſilium nobis ſupereſt, ut nempe ſeria & ſubitanea reſipiſcẽtia, inſtructique tum verbis, quæ dolor ſecundum Deum dictat, tum maxime corde ob peccata cõtrito, Deo obviam eamus, quo compleatur, quod occurrit 2. Chron. 7. v. 14. *Si depreſſerint ſe, ſuper quos invocatur nomẽ meũ, oraverint & requiſiverint faciẽ meam, revertẽtes à viis ſuis malis: viciſſim ego exaudiens è cælo condonabo peccatũ eorum. & curabo terram eorum.* Feſtinato opus eſt, dum Opt. Max Deus, quem adeo irritavimus, exorari adhuc poteſt, ſi enim peccare perrexerimus, Deus, utut miſericors atque longanimis ſit, à nobis neutiquã exorari poterit, ſed in nobis complebitur, quod ipſe dicit apud Ezechielem cap. 14. v. 14 *Etiam eſſent hi tres viri* in medio veſtri, *Noach, Daniel, & Iiob, ipſi cum juſtitia ſua eriperent ſeipſos.* Faxit ergo is Ipſe, ut *dum hodie audimus ejus vocẽ, cor noſtrum non obdure-*

mus, Pſal.95,v. 7.8. atque nos omnes à maximo uſq; ad minimum convertamus ad illum, qui eſt *curator ſui populi*, Exod.15. v.26. neutiquam *præ duritia, & corde quod reſipiſcere neſcit, nobis ipſis recondendo iram in dies iræ*, Rom.2,v.5. Agite ergo mei populares, qui gloriari ſolemus de libertate, jugum peccatorum excutiamus, quod nos mancipat diaboli ſervitio, & propter quod Deus tam graviter nos caſtigat, *excutiamus nos, iterumque excutiamus nos: quũ nondũ exſequitur decretum quum nondum ut gluma tranſit dies. quũ nõdum invadit nos æſtus iræ divinæ: quæramus Iehovam, quæramus juſtitiam, quæramus mãſuetudinẽ. fortaſſe abſcondemur die iræ Iehovæ*, Tzeph. 2. v.1. 2, 3. Præ omnibus aliis vos obſecro & obteſtor, quos Deus hic conſtituit ſuos vicarios, quique ab eo gladium accepiſtis, ut eo quicquid abominandum eſt in oculis Jehovæ, ſubmoveatis: facite officiũ veſtrum, induamini zelo Pinehæ, & *avertite excandeſcentiam Dei* (Num.25, 11.) ab ea regione, cui præfecti eſtis, exemploque Davidis *ſingulis matutinis exſcindite omnes improbos terræ, ad reſcindendũ à civitate Iehovæ, omnes qui operam dant iniquitati*, Pſal. 101, 8. Si Propheta Tzephania, qui ævo magni illius Zelotæ, regis Joſiæ prophetavit, & quidem eo ipſo tẽpore, quo ipſe opus reformationis tam ſerio inſtituerat, concionem ſuã ab his verbis exorditur: *Omnia exſcindam omnia à ſuperficie hujus terræ, dictum Iehovæ: exſcindã homines & jumenta, exſcindã aves cœli & piſces*

ſces

ſces maris, & ruinas cum ipſis improbis, denique exſcindã homines à ſuperficie hujus terræ; quomodo, Clementiſſimi mei Domini, Deo rationẽ muneris veſtri reddere poteritis, quũ ne quidem præſumpſeritis adhuc ſerio operi Ref ormationis manum admovere. Auditis apud Gentilem quoq; poëtam ποιμένας λαῶν, eoque non convenit vos aut deſides eſſe, aut propriis ſolum commodis ſtudere: quantũ fieri poteſt omnia luſtrare debetis, *& cognoſcendo non ſolũ cognoſcere facies pecudũ veſtrarum, verũ etiam cor veſtrum apponere ad greges*, *Prov.* 27. *v.* 23. tempeſt ve ulceribus & ſcabiei eorũ opportuna adornãdo remedia, quod niſi hoc tempore, quanto ocyus feceritis, omnes jã vitiis plurimis infirmati præda fiẽt incolis illius inſulæ, quæ antehac ſingulari induſtria ejecit omnes lupos quadrupedes; in poſterũ præter omnes vere pios ſuos incolas, totũ terrarũ orbem habitura devotiſſimum, ſi pari arte ſubmovere queat bipedes illos lupos, qui non ſolum poſtquam domi nihil reliqui eſt quod deprædentur, cœperunt graves eſſe omnibus ſuis vicinis, ſed quos multi ſimplices quoq; ſine gemitu ſectantur, quod induerint pelles ovillas, & impiis injuſtiſque ſuis armis Biblia ſociaverint. Eoq;, mei Domini, ego(qui minimum me cenſeo inter omnes Belgas) obſecro & obteſtor vos per miſericordiã Dei & per ſalutẽ Eccleſiæ & Reip. quæ vita ipſa vobis carior eſſe debet, ut tandẽ evigiletis, & ſalutẽ reformãdo exterminetis clamãtia illa pec-

ſata, quæ quod impune & citra Cenſuram (prodolor! ſæpe Eccleſiaſticā quoque) perpetrentur ipſo meridie, innumeros gemitus paucis illis piis, quos Deus in Belgio reliquos habet, quotidie exprimūt. Incipite, incipite auſpice Deo, Reformationem à vobis ipſis, à veſtris familiis à Collegiis ad quæ eſtis promoti, nec permittite ut vobis aſſideant āplius *leones rugientes, & lupi veſpertini*, Tzeph, 3. v, 3. qui ſint *tanquam lupi prædantes prædam: effundendo ſanguinē, perdendo animas ut faciant quæſtū*, Ezech 22 v. 27. Afflictiſſima, imo depoſita eſt illa reſp. cui applicari poteſt illud Jeſaiæ cap. 1. 23 *Principes tui ſunt contumaces, & ſocii furum: unuſquiſque amat munus & ſectatur retributiones*, Nullus vir Belial toleretur, minime aliquis Doëg, proditor ve religionis tot millium ſanguine cōfirmatæ, aut inſidiator illius libertatis, pro qua majores noſtri vitā fortunaſque profuderunt. O nos ingratos, imo impios in Deū, & pios noſtros parentes, ſi Religionem & libertatem non ducamus oculis ipſis cariora! væ vero illis, qui alterutram quoque vili pendunt, injuſtoque Mammonæ aut præferunt, aut ſaltem colludunt cū proditoribus alterutrius. Domeſtica diſſidia quanto ocyus componite, eſſurcillateque ſiniſtras illas ſuſpiciones, quas Sathan excitare & fovere ſolet in perniciē publicæ ſalutis: quæ, ne altiores agāt radices, nō tam edictis quā pœnis ſeveris caſtigare illos convenit, qui præla fatigant nullū aliū ob finē, quā ut ole-

um

um camino per ſuos famoſos libellos addāt. Subſiſtere neutiquā poterimus ſi ultra Menaſche Ephraimo, & Ephraim Menſachi inſidietur. Vos ipſos veſtrumque regimē ſi primo reformaveritis, facile reliquum populū ad lineas officii, Deo, & vobis debiti revocare poteritis. Nam quando ipſe Magiſtratus bonus eſt, plurimum quoque boni facere poteſt, ſiquidem tanta per Deum inſtructus eſt potentia, ut Salomon non dubitet dicere: *Rex inſidens ſolio judiciali, diſpergit oculis ſuis omne malum*, Prov. 20 8. Reliqua, quæ reformanda ſunt, cognoſcere poteritis, ſi non tantū convocaveritis pios aliquos & à πολυπραγμοσύνῃ alieniſſimos ex ordine Eccleſiaſtico, verū etiam ex ordine Politico, qui hodie pro dolor! quāvis Neſtores eſſe poſſint, aut rep. arcentur, aut abſtinent, quod aut nati nō ſint ſub Metellorum ſidere, aut quod virtutem ſuam non docuerint incedere cum ambitu. Factum hoc ab Ordinibus Hollādiæ & illuſtriſſimo Principe Mauritio anno cIↄ Iↄ LXXXVI. quo tempore inter malleum & incudem ſtabat reſp. domi diſtracta per factionem Liceſtrenſem, & foras parū quin everſa à victorioſo Principe Parmenſi. Nec tamē audeo hæc præſcribere, Deus præſideat perpetuo in Cōſeſſibus veſtris, atq; ea ſuggerat, quæ cēſueritis quā maxime cōvenientia eſſe. Interim iterum vos, qui ſive ſupremi, ſive ſubalterni Magiſtratus eſtis, obteſtor, cogitetis āte omnia de Reformatione, eaq; ſeria, inſtituēda ex verbo Dei, nō vero ex præſcri-

pto

pro quorundā Eximiorum, qui pro dolor! alicubi in Belgio ultra Diotrephis poſteritatem felices ſunt, uno pede Eccleſiam altero Curiam occupando, nullam aliam ob cauſſam, quam quod urgeant apud plebem cultum cujuſdam Divæ, quæ *Præciſitas* vocatur, cujus mater eſt Superſtitio, ſuſceptrix hypocriſis, & nutrix ambitio ſtabulans olim in clauſtris Monachorum, & nunc pro dolor! in ipſo illo gremio patriæ, ubi ſimplices rerumque imperiti exiſtimant inveniri poſſe ipſam Pietatem. Deo, Conſcientiis veſtris, imo ſaluti Eccleſiæ, afflictæque patriæ conſulueritis plurimum, ſi reſtitueritis ea, quæ requirit Orthodoxa reformatio extēſive cōſiderata, neglectis iis, quæ hypocritæ, inſtar Independentium Enthuſiaſtarum in Anglia, ſive poſterorum Johānis Sartorii regis Monaſterienſis, intenſive reſtitui primo volunt. Ad inſtituendum opus hoc reformationis, ſi alia vos incitare non poſſint, invitent minimum exempla, veſtrorum inimicorum, quibus illius exercitium feliciſſime ſucceſſit. Quum enim Philippus IV. Hiſpaniarum Rex animadverteret per varios enormeſque abuſus regimen ſuum mirum quam vitiatū eſſe, ac quotidie alia atque alia vitia in aulā ſe effundere, iis anno 1626. d. 10. Februarii per ſeverum Edictum ſerio obviam ivit; obſervatumque ab eo tempore, cuncta in illo Imperio melius ſucceſſiſſe. Imo hi ipſi Angli, qui modo pro Republ. modo pro Parlamēto, iterum pro Dei populo ſe gerunt adeo

conve-

convenięter diſciplinam militarē exercent, iiſque legibus adulteros, perjuros, ſcortatores, Sabbathi violatores, &c. coërcent, ut omnes prudentes mirari cogantur, ſpiritum Babylonicum adeo ſollicitū eſſe de ordine. Quare, mei Domini, hi veſtri inimici in hoc præcellent, aut cur in opprobrium veſtrum jactabitur hoc proverbium, quod *Edicta veſtra triduana duntaxat ſint?* Meliora ergo expectamus, quo propediem ægra filia Sionis, patriæque noſtræ vulnera curentur. Si enim Magiſtratus pro virili ſua laboraverint abominanda peccata exterminare, ac ſinguli noſtrum ex toto corde ſe converterint, etiamſi Dominus Deus decreverit jam *amovere cidarim noſtram, & tollere coronam*, Eze. 21. v. 27. ac univerſa regio noſtra ingemiſcat, cōplebitur tamen, quod occurrit Jeſai. 33. v. 10. ubi ita Deus per Prophetam: *Nunc ſurgam, nunc exaltabor, nunc extollam me.* Imo benedicet omnibus illis mediis, in hoſtium noſtrorū perniciem, á quibus hactenus, magnos licet ſumptus fecerimus, inanique ſpe animum ſaturaverimus, nullum ſubſidium patriæ præſtari potuit: ita ut dicere poſſimus cum Propheta Micha cap. 7. v. 7. 8. 9. *Iehovā verſus ſpeculabor, præſtolabor Deum ſalutis meæ, exaudiet me Deus meus. Ne lætator inimica mea, de me, quum cecidero ſurgam quum ſedero in tenebris, Iehova illuceſcet mihi, indignationem Iehovæ feram: quia peccavi in eum; uſq; dum contendat contentionem meā, & exerceat jus meum, producens me in lucē ut fruar juſtitia*

ejus

ejus Quæ utinam meditemur recte! nā duo ſunt quæ hic notare debeo ad opprobrium meorum Belgarum. *Prima* Levi ſolum clade juſto Dei judicio affecti, deſperamus, atque vel omnia Anglis concederemus, modo libere navigare & piſcari poſſemus. Vah! adeo vilem nobis eſſe conſcientiarum & patriæ libertatem. Majores noſtri capite luere, & omnibus ſuis bonis excuti maluerunt, oberrando pauperes cum uxoribus & liberis in exilio, quam perpeti jugum Hiſpaniarum regis, quod tamen velut legitimus & hereditarius Dominus cum ratione aggravaſſe videri poſſet. Nondum *mutata eſt Dei excelſi dextra; recordemur modo*, cum Aſapho Pſ. 77. v. 12. *actionum Iah: recordemur inde ab antiquitate quodque mirabilium illius*. An nō Deus mirabiliter anno 1586. compoſuit motus inteſtinos per Liceſtrii Comitis abitum exortos? Anno 1588. claſſem Hiſpanicam ventis & tempeſtate perdidit. Anno 1600. pro nobis pugnavit in pugna Flandrica. Anno 1623. Hiſpanorum vim fregit ad Bergi-zomam. Anno 1626. confudit expeditionem Flandricam, ſic ut ſubſequenti anno daret Grollam. Anno 1629. paſſus fuit hoſtem penetrare ad patriæ penetralia, aperiendo ei Amerſfurtū, quam cladem paulo poſt emollivit, ejus loco dādo Sylvam-Ducis, & non ſperatam Veſaliā. Anno 1635. non ſolum in fumum convertit ſumptuoſā expeditionem in Brabantiam, ſed obices quoq; Reip. removit tradito hoſti propugnaculo Schenckiano, quod

tamen

tamen clementer paulo poſt reſtituit, anno 1657. ſuperaddendo Bredam. Anno 1638. dorem exercitus partim undis, partim ferro delevit ad Calloam, expiando eam rurſum proximo anno pro nobis excidio claſſis Hiſpanicæ ad *Duins*. Non ita facile animum deſpondere convenit, ſed reſpicere ad veram lucem, ceu Jehovam, quo, qui fruitur dicere poteſt cum Davide ex Pſ. 27. *Iehova robur vitæ meæ eſt, à quo expaveſcerẽ? Belligerãtibus cõtra me maleficis ad exedendũ carnẽ meam: hoſtibus meis & inimicis meis in me, ipſi corruũt, & cõcidunt. Si metarẽtur cõtra me caſtra, nõ timeret animus meus: ſi inſurgeret cõtra me bellũ, hac re ſecurus eſſẽ.* Pii, quia ſciũt ob peccata ſe plura promeritos eſſe, præſẽtes plagas æqui boni qui non ſolum ferunt, verum etiam eas in bonum ſuum cõvertunt, quo *ſelecti afficiuntur in catino afflictionis* Jeſ. 48. v. 10. dicendo cum Eccleſia Jerem. 10. v. 24. *Caſtiga me Jehova, veruntamen modice, ne caſtiges in ira tua, ut nõ comminuas me.* Quid ergo *exclamamus propter confractionem noſtram, mortiferũ eſſe dolorem noſtrum? Propterea quod multa eſt iniquitas noſtra, numeroſa ſunt peccata noſtra, facit iſta nobis Iehova,* Jerem. 30. v. 15 ut ſcil: *participes reddamur ſãctimoniæ ipſius,* Heb. 12. v. 10. Tantummodo *lavemus nos, purificemus nos, amoveamus malignitatẽ actionum noſtrarum ex adverſo oculorum Iehovæ*, Jeſ. 1. v 16. nam *Deus peccatores non exaudit,* Joh. 9. v. 31.) atque in nobis complebitur; quod Deus per antiphonã reſpondet Pſalti, Pſalmo xci; v. 15.

v.15 *Simulac invocaverit me, exaudiam eum ipſi adero in anguſtia: eripiam eum, & honor afficiam eum.* Alterum quod æque deteſtandum, eſt illud, quod non ſolum ubi media quædam præparata habemus, iis in opprobrium Dei nimium quam fidamus, verum etiam Deo (ſi modo ei quid tribuere videamur,) tempus modũque præſcribamus nos adjuvandi, exemplo Iſraëlitarum *tentan Deum fortem, & ſanctum Iſraëlis circum ſcribendo,* Pſ.78.v.41. Non convenit ſic, me populares: nam ſingularis eſt ſpecies rebellionis, vel ex infidelitate, vel ex præſumptione, præſcribere Deo limites & media, ejuſq potētiæ & providētiæ definire terminos E *ſpectare* convenit *Iehovam,* Pſ.27.v.ult. nam ſæpe, aut *hora illius nondum venit* Joh.20.v 4. aut ex Dei ipſius judicio *populus numeroſi* eſt, quam ut per eum liberationem procurare velit, Jud.7.v.4. Iſraelitas in juſto bell adverſus Benjamitas non juvat, niſi aliquoties cœlos, Jud.20. ecque *nobis opus eſt patiētia, ut, cum voluntatem Dei fecerimus, promiſſionem reportemus,* Heb.10.v.36. Quicqui caro etiam obmurmuret, *ſilens ſit anima no ſtra corā Iehova* Pſ.16.v.2. dicamuſque ſinguli cum Davide Pſ39 v.10 *Obmutui, non aperui os meum, quia tu Iehova, feciſti,* & cum eodem fugiente metu filii Abſalomi: *Si gratiam invenero in oculis Iehova, reducet me: Si dixerit, non eſt mihi beneplacitū in te, Ecce m faciat mihi quod bonum eſt in oculis ſuis,* 2 Sam 15.v.25 26. Ita vere ſecundum eos comple

bitu

plebitur illud Apoſtoli Rom 5. v. 2 & v. 5. *Patientia operatur experientiam, experientia vero Spem. Spes autem non pudefacit, quia charitas Dei effuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritũ Sanctum, qui datus eſt nobis.* Imo juxta Prophetæ verbum Jeſ. 30. v. 15. *In ſilentio & ſpe erit potentia noſtra*: & quoniam *Deus eſt fidelis, non ſinet nos tentari, ſupra id quod poſſumus, ſed una cum tentatione præſtabit etiam exitum, ut poſſimus ſufferre*, 1. Cor. 10. v. 13 præterea, quia nobiſcum erit *fortificabit nos, auxiliabitur nobis, etiam ſuſtetabit nos dextra ſua juſta*, Jeſ. 41. v. 10. ſic, ut *ſi veſpri diverſetur fletus, mane adſit cantus*, Pſ. 30 v. 6. Atque ſi non lubeat ei nos beare victoria temporali, & benedictione terrera, *erit* nihilominus *nobis fortis Deus ad ſalutem omnimodam, quoniã ipſi ſunt exitus contra ipſum mortem*, Pſa 68. v. 21. Tu modo æterne, omnipotens Deus, Pater omnis miſericordiæ, & in Chriſto, qui moriendo in ara crucis pleniſſime juſtitiæ tuæ ſatisfecit, nobis placate & reconciliate Pater, memento *nos eſſe lutum, te vero fictorem noſtrum, & nos omnes eſſe opus manus tuæ. Ne efferveſcas quam plurimum, neque in æternum recorderis iniquitatis: en intuere quæſumus, nos omnes ſumus populus tuus. Civitates ſanctitatis tuæ ſunt deſertum: Tzion eſt deſertũ, Ieruſchalaimis eſt deſolatio. Domus ſanctitatis noſtræ, & ornatus noſtri, in qua laudarunt te majores noſtri, eſt expoſita conflagrationi ignis; & unaquæque rerum deſideratarum noſtrarũ eſt vaſtationi. An propter illas contineres te Iehova?*

ſileres,

ſileres, & affligeres nō quamplurimum Jeſ. 64. v.8. & ſeqq. Cur filius perditionis, qui ſedet in tuo templo, oculos ſuos paſcet videndo noſtrum exitium procuratum per eos, quos ātea pro fratribus agnoſcebamus? cur illi quos inebriavit, manibus plaudent ob deſtructum ultimum hoc refugium & diverſorium Ecleſiæ tuæ? *Converte nos ad te, & cōverſi erimus Innova dies noſtros ut olim: cur omnino nos rejiceres, cur tātopere efferveſceres?* Thr 5 v. 21. Da nobis in hac calamitate prudentes, maxime pios Magiſtratus, qui æſtuantes zelo Ezechiæ & Joſiiæ, exterminent é regione, quicquid abominandum eſt in oculis tuis. Si qui viri Belial, aut proditores (quod nō ſperamus) in iis ſint, detegito eos ut quondam Achan, nec ſine ut ultra Eccleſiam tuā, & remp. noſtram *perturbent*, Ioſ. 7. v. 25. Si manus tua diutius ſupra nos erit elata, etiam *in itinere judiciorum tuorum doce nos expectare te, ad nomen tuum, & ad memoriam tui feratur deſiderium anima noſtra*, Jeſ. 26. v. 8. Bellum hoc dirige & compone porro pro arbitratu tuo, & quatenus nomini tuo glorioſum ac nobis ſalutare erit, ſic *ut ſemper facias, quod bonum erit in oculis tuis*, 1. Sam. 3. v. 18. Audi, imo exaudi nos ob Jeſum Chriſtum Servatorem noſtrum unicum, Amen.

CA-

CAPUT XXXI.

De mediis, quibus poſt Deum aſſeri poteſt maris imperium.

VT vero quiſque pro ſe (qui φιλόπατρις & bonus civis haberi vult) animum vitiis expugnare debet, ſeſeque toto corde cōponere ad Deum amandum & colendum; (hoc ſi à ſingulis fiat, facile publicis malis paratum erit remedium) ita publice ſequētia quoque præcavenda videntur. I. Ne gens nautica diffluat, & aliis, ſociis licet, inconſultis ſupremis poteſtatibus, operam ſuam locet. De hoc jam proviſum fuit ab Ordinibus Generalibus ſpeciali edicto d. 4 Maji anno 1632. Semel enim ſi alio migrare cœperit hic populus, ibi pedem figet, poſteroſque ſuos relinquet. Ne vero alio abeat, quum reditus annuos de ſuo non habeat, nec poſſit manus pedeſque ſuos comedere, perpetuo exercitium aliquod ei ſupereſſe debet, quod ſi domi non inveniat, foris quærit. Atque utinā mox à pace ſerium nobis fuiſſet aut reſtituere collapſas res ſocietatis Indiæ Occidentalis, aut bellum in Luſitaniā transferre, los ſociorum nauticorum non fuiſſet dilapſus. II. Mercaturæ ante omnia providendum, omniaque agēda ne minuatur: ut enim a mari indiget, ſic maritima potentia in his provinciis, ea tanquam certiſſimo fulcro nititur. III. Curandum omnibus modis, ne conjungatur Oriens & Septentrio cum Occidente

dente; ſive ne mercatores qui ad Orientem & Septentrionem habitant, puto Hamburgi, Dantiſci, Regiomonti; in Dania, Norvvegia, Suecia, Ruſſia, &c. ipſi plagas Occidentales adeant, & inde petant quæ ſibi uſui ſũt, ac vice verſa Occidentales frequentent Oritales, ac Septentrionales regiones. Semel enim ſi hæc conjunctio facta fuerit, ex Belgio, medio loco conſiſtente, & extrema illa loca frequentante, mercatura paulatim migratura eſt. IV. Si qui ex majoribus mercatoribus, iis potiſſimum, qui omnia arcana mercaturæ cognoverunt, ad alia loca ſe cõferre velint, iis omnibus modis, magiſtratus maxime ejus loci, ubi vivũt, obſtare debẽt, oblatiſque etiam beneficiis, atque præmiis, hoc agere, ut animum mutent. Quantopere enim tales, pauci licet, majori quoque alicui emporio, imo univerſæ reip. obeſſe poſſint, quotidiana experientia teſtis eſſe poteſt. Quantum incõmodum enim à talibus, numero licet paucioribus, nõ ſolum ipſi Mercaturæ procurari poſſit, verũ etiam reip. ipſi, hoc ipſo tempore experiri poſſumus, quoniam quidem in Sueciam uſque propagatũ ea, quæ in re nautica Batavis ſolis exiſtimationem procurare ſolent, hoc tempore eo pretio ibi non cenſetur noſter Status, quo olim. Imo quoniam Angli, ob longam habitationem inter nos, parum ab indigenis differentes, ad ſuos redierunt, uſurpatores poteſtatis ſupremæ, edocuerũt de õnibus quæ rem navalem concernunt, expediundis

ſcil.

ſcil. ſecundum Methodum Batavicam: nec hoc ſolum, verũ etiam perſuaſerunt multis noſtratibus, libenter Anglis operam ſuam nauticam addicere: qui niſi in hoſtili claſſe notarentur, naves, utut grandes, minus formidabiles forẽt. Præter cauſas ſecũdas jam tactas, reſtant aliæ conſiderandæ. Quæ triplicis Ordinis, primi generis reſpiciũt media inanimata ſpecialiter huc facientia. Ante omnia autem ſupremæ poteſtates, earũque adjutores curare debent, ut omni tempore, atque ad omnes occaſiones, juſtus non ſolũ armatarum navium numerus ſit paratus, ſed variis in locis quoque armamẽtaria nautica omnibus ad navigandi uſum pertinentibus, ſint inſtructiſſima. Cuncta enim ſi in procinctu fuerint, nulla calamitas ingruere potest, quæ per Dei gratiã, pro defendẽdo maris ſu propulſari nõ poſſit. Obſervatum hoc à Romanis ab Auguſti tempore, atque in ſolo Oriente, ut conſtat ex Notitia Imperii, ſex claſſes parebãt Præfecto prætorio Orientis: nempe Claſſis Seleuciæ, claſſis Ponti Euxini, Claſſis maris rubri, Claſſis Alexandrina, Claſſis Carpatia, & Claſſis Theſaurenſium. Venetorum cura hac in parte ite eſt expenſa. Iidem portubus quoque proſpicere debent, tum ut navigabiles ſint, tum etiam tuti adverſus cujuſcunq; inſidias. Quã vero hac in parte à nobis, mox à promulgata pace perpetua peccatũ fuit? (Deus novit per quorum aut imprudentiam, aut proditoriam malitiam) Quoniam naves primarias

marias vendidimus, ea quæ ad apparatum nauticum pertinēt, negligenter curavimus, ad Anglos ſurgentes non attendimus, cōniventibus oculis paſſi ſumus ab iis capi tū naves noſtras mercatorias tum bellicas, hoc tempore adhuc, parum quin imparati ſimus ad educendā juſtam claſſem. Quicquid nobis perſuaſum habeamus, poſt Deum (cujus operā ſi reſipuerimus, nobis ſpondere poſſumus circa mediorū benedictiones) antea ſubſiſtere non poterimus, quā ſi præter validam claſſem in mari, perpetuo alteram, eamque procinctam in portubus habuerimus. Propterea enim res noſtræ non tam gliſcunt, quam præcipites ruunt, quod primaria claſſe è mari redeunte, altera non ſit parata, quæ ejus loco in altum deſcendat; quodq, teſtudineo gradu properetur in reſtituēdis & expediundis navibus: per centurionum quorundam avaritiam interea dilabentibus ſociis nauticis. Alterius ordini cauſſæ reſpiciunt ipſos viros navales. Eoqu 1. Opera danda eſt ut viris fortibus, & reru nauticarū peritis adminiſtratio imperii ma ritimi committatur: duæ illæ dotes magis qaam ſola generis nobilitas, attendi debent Nec probaverim ſimpliciter Venetorum in ſtitutum, qui cujuſque triremis imperium ut ſupra oſtenſum eſt, nobili ſive patriti committunt. Quibus maris, imo ſingulari quoq, navis bellicæ imperium cōmittetur à teneris mari innutriti eſſe debent, nec mi nus cōmendabi les à fortitudine quā à dex

teritate

teritate ſingulari imperãdi nautarum vulgo. Qui allium & picem olẽt, longe criſpatis iis præſtant, qui amonũ olere ſolent Fallimur, ſi eos, qui terra præclare rẽ geſſerunt, exiſtimemus bonos cẽturiones navales fore. Exẽplũ illuſtre notare poſſumus in noſtra hiſtoria Anno 1623. fortiſſimus centurio navalis *Rõbout vãde Perre* redux ex Anglia, in ſua navi habebat cõplures præfectos militares ex Exercitu Comitis Mãſveldiæ, cũque obvias haberẽt duas naves Duinkerkanorũ probe inſtructas, velatis manibus hi rogarũt Cẽturionem, ne eas aggrederetur. Quique in terra hoſti ſuo cedere neſciebãt, unicum præſidiũ in mari exiſtimabant fugam eſſe. Interim cũ præter ſociũ nauticum miles quoq; in claſſe eſſe debeat, conſultũ videtur, ut Anglorum exẽplo, integrę potius cohortes legioneſq,, quã ſelecti qui ex quaq; cohorte milites per claſſẽ diſtribuãtur: ita enim ęquato periculo viri ſtrenui ignavis exẽplo præire poterunt, quũ alias ignaviſſimi & imperitiſſimi, iique aut ĩviti, aut pretio ẽpti, obtrudãtur. II Curandũ ut gẽs nautica perpetuo in opere ſit, ea enĩ ubicũq; otioſa eſt, dat turbas, uti magno ſuo malo expertas eſſe Athenas, teſtes ſũt *Plato l.4. de LL. Xenoph. libello de Rep. Athen. Iſocrates in Panathenaico.* Pro opera quoque præſtita prõpte ſolvenda ſunt ſtipẽdia: ſocii mari reduces paratã ſi nõ inveniãt pecuniam, turbas dare ſolẽt, quibus ſi abſtineãt metu pœnæ, poſtea tamẽ ſubducere ſe ſolẽt intãti expeditioni, ſi nõ alium quoque domi-

nũ quærere. III. Qui ſtrenuè rē mari gẽſſerũt uti hactenus obſervatũ fuit, præmiis cōdignis publica authoritate honorãdi ſunt Imo anquiſita cura gerenda eſt, ut nō ſolũ vulnerati probè curentur, verum etiã ut iis, qui in bello navali uſum membrorum ſuorũ amiſerint, cōmoda vivendi ſubſidia contingant. Quibus, ſi qua ratione cōſulatur quoque in poſterum vulgus nautarũ uſibus reip. devotiſſimũ experiemur, atq; ex Dei benedictione, exiſtimatio Batavica in mari breve in integrũ reſtituetur. Præeunt Angli, qui nullũ facinus maritimũ, ab exceſſu quoq; eorum, qui illud geſſerunt, indonatũ ſinunt. IV. in urbibus, maritimis maxime, oporteret eſſe publicas Scholas mathematicas, in quib9 publicis ſũptibus promiſcua etiã nautarũ turba, omnia ad rē nauticam pertinentia, adoleſcere poſſet. V. Mathematici cōplures è publico ſtipēdiũ accipere deberēt, ut quotidie ars navalis magis perficeretur, ſubſidioque novarũ tabularũ & inſtrumētorum, abbreviarē tur in mercatorum ſubſidium lōgiora maris itinera. VI. Omnib9 modis opera dãda ut leges navales, ãtehac latæ & laude omni dignæ, in navib9 inter nautes obſerventur. Nec illæ ſolũ obſervãdæ ratione vulgi nautarũ verũ etiã reſpectu Cēturionũ & præfectorũ, ad quorum delicta ſi cōniveatur, murmurat non ſolum vulgus, verum etiam reip. invidet ſuã operam, quã alias una cum vita & ſanguine pro libertate paratum eſt impēdere. Ante omnia providendum, ne interc Centuri-

turiones navales, qui certo pretio in diē iis, qui in navi ſua ſunt, victum præbere ſolēt, aliqui occurrāt ſub Euclionis ſidere nati, qui dum male ſocios meos paſcunt, eos exaſperāt, & ſi nō aufugere cōmpellant, tardiores tamen efficiunt ad rem bene gerendam.

CAPUT XXXIII.

De ærario, ſupremiſq; adminiſtris rei navalis, una cum Epilogo totius operis,

TErtii ordinis cauſſę cōſervātes reſpiciūt ærariū, ut enī omnia, quæ monita ſunt, diligenter obſervari queāt, ſpeciale ærariū, idq; validum, in maris uſus cōſtitutum eſſe debet. Habent illud Veneti, & quoniā diligēter & circumſpectè curāt, hactenus res eorum tā feliciter ſuccedūt. At pro dolor! quā hic omnia remiſſe & infideliter adhuc fiunt, quam diu negligētur querelæ populi, qui nō poteſt nō femur ferire & indignati maxime, ſi videat rēp. pauperē eſſe, eujuſq; Curatores dē die in diē locupletiores evadere. Quoniā munęrib9 publicis pleriſque in locis tā ampla ſūt definita ſtipēdia, ineptiſſimi & ignaviſſimi quiq; ea affectāt, quo poſſint diteſcere; atque in hoc mūdo ſplēdide vivere, ſecuri obmurmurantis vulgi, ꝙ leges peculatus & repetundarū nō exerceātur, illique, qui ſubinde ſuo infortunio produtur, impune illud ferāt. Sed quo dilabor? Interim ærariū nauticū hoc tēpore deberet eſſe validiſſimum

De ſubſidiis quæſtio in omnibus provinciis movetur, Quædā tergiverſātur, aliæ ſuā incuſant inopiā. Hollandia ſe eneĉtam prædicat, & tamen opus nervo belli. Unde nuper adhuc famam maxime Theſauri, domi quaſi invēti, divulgari curarunt, quo hoſtē ſuū juratum, Turcā hac ratione percellerēt Reliquæ provinc ęæq; ſtricte obſervēt leges tributarias, atque provincia omnium ultima, Groninga & Omlādia, facile publicæ egeſtati procurabitur remedium, quoniā alicubi ex cōſuetudine eximia ſol te ſtè mobilitas, alibi trāſigere licet cū Publicanis, ſecūdū ordinarium fere canonē habentibus vectigalia redempta in magnum rei cōmunis præjudicium, ærariū laborat Præcaveantur quoq; fraudes, ab iis circa vectigalia cōmitti ſolitæ qui præaliis cōqueri ſolent, de belli maritimi moleſtiis, quā vero indignum, eos præaliis notari querulos, qui ipſi per ſuam avaritiā imo, ſi ſcaphā ſcapham vocare liceat, per ſua furta obſtaculo ſunt, quo minus bellum maritimum ex voto geri poſſit. Qūum vero ſubitaneo jam opus ſit remedio, nec æquum ſit plebē nimium gravare: Age, prodeāt illi quibus patriæ cura incumbit, quique ejus debent eſſe defenſores. Remittant ei, quam diu durat bellum hoc triſte, ſua ſtipendia atque dum ſuo ſucco in honorem patriæ vivēt accedet plurimū ærario; uniuſq; cōſulis ſtipendium annuatim mille ſolum floreni valens, ſufficiet in annum integrum alendis decem militibus navalibus. Nec hoc ſolum fieri oportet, ſed Patres patriæ, ſupremi atq;

ſubalterni Magiſtratus, quib9 hactenus rei cōmunis adminiſtratio tam lucrifica fuit; de ſuo ſubſidium ærario cōferre deberent. Sic demum agnoſcentur hi ipſi veri Patres patriæ, & paſtores populi. *Præivit* Senatus Romanus; quum enim ſecundo Bello *Punico egeret ærari ũ opes ſuas libens in mediũ protulit,* ut loquitur *Florus l. 2. c. 6* Similiter (teſte *Ariſtot. l. 5. Polit. c. 4.*) Bello Medico publica deficiente pecunia Areopagitæ Athenis ſingulis militib9 drachmas de ſuo dedere An. 1685. ut r. præſtari poſſent Caſimiro Palatino, ſuccurrenti Reformatis Galliæ, centũ aureorum millia, Condæus, aliiq; , quicquid auri vel argenti habebant, protulerunt in mediũ, ut refert *Aubigne hiſt tõ 1, l. 4, c 14.* Matronæ quoque, quæ ãno 1575. turbatis Genuæ reb9 exulãtes Finalii Nobiles proſecutæ fuerãt gẽmas omnes & pretioſiorem mundũ ultro in Belli ſumptus obtulerunt, commemorante *Thuano l 6. Hiſt* Nec minorẽ laudem Venetorũ pietas meretur. Qui cũ poſt initã inter omnes propemodũ orbis Chriſtiani Principes cõtra ſe ſocietatẽ, ingenti & fatali pæne ſibi prælio ad Ripaltã à Ludovico XII. ſuperati eſſet, omneſq; fere ſubditi imperiũ exuerent, patriæ tamen amorẽ ipſi nõ exuerũt; ſed, ne quid vel exercitui reparando vel aliis neceſſitatib9 deeſſet; primus Leonardus Lauredanus eorũ dux ingentẽ auri vim publicis uſibus impendendã in Senatum detulit, cujus exemplũ protinus ſecuti ſunt Senatores; Nec laude ſua fraudãdi ſunt Cretæ Nobiles,

qui āno 1607. viginti cōtra Papam triremes ſuis ipſi ſūptibus ſponte inſtruxerūt. Sed cu oberro circa externa? quū cōſtet Patrem patriæ noſtræ Guilielmū I Auraicum omnem ſuam ſupellectilem aureā, argenteāque vendidiſſe, quo in Germania exercitū pro aſſerēda noſtra libertate cōſcribere poſſet, eju exēplum compluribus exulibus ſequentib9 Utinā horum Nepotes, ad clavum rei communis hoc tēpore ſedentes, nō degenerarēt à ſuis majoribus! illi modo præcedāt, & certatim omnes cives, uſq; ad ſervos & ācillas ſequentur, quomodo conſtat Condæi, cujus modo facta mentio, exēplum ipſos nobiliū famulos ſecutos fuiſſe, atq; unum; totū ſuū peculiū, hoc eſt, viginti aureos cōtuliſſe. Si tergiſverſentur, qui præcedere deberēt, animū tamē deſpondere nō debēt φιλοπάτριδες. vel decima pars ſupellectilis argēteæ à quoque cōferatur, & abūde ſubſidiorū erit; Imo quiſque curioſitati ſuæ ad tēpus frænos injiciat, & quę expēdere ſolēt in flores, colūbas, equos, canes, tabulas pictas, ātiquitatis κειμήλια, itē quæ laſcivæ, & parū quin idololatricæ mulierculæ, quotānis pro ædibus & ſupellectile mundanda erogare ſolent, unū ærario offerātur, & ingēs colligetur theſaurus. Nō cōvenit ita animum abjicere, & tam prono affectu ſe componere; ob lucrū ꝙ è mari ſperatur, ad ſubecūdum, jugū, quod duriſſimū ſētietis, ſimulac receperitis, Spiritus Enthuſiaſticus, quando aut in Eccleſia, aut in rep. dominatur, mirabiles habet motus. Quōiā vero, mei Mercatores, (qui dicere de-

bro quoniam veriſſimum eſt) uni Mercurio & Pluto ſervire videmini, adeo ob impeditū mare ſtomachamini, & quacunque ratione cum Anglis dominantibus tranſigi velletis; cogitate quæſo, quæ ſors veſtra ſub Anglis futura ſit, quidquid etiam ſomniatis, ubique ubi mercaturam exercetis circumſcribemini, & brevi India occidentali excludemini, imo nunquam ullis præmiis ſatiare eos poteritis, qui bellum injuſtum acceperunt ob naves & merces veſtras. Si una cum rep. velitis ſalvas fortunas veſtras, opteſiſque propiria veſtra numma, nō inſtar Directorū, ſed veſtris propriis ſūptibus claſſē adornate, eāque reip. Claſſi cōjungite auſpiceque Deo feliciter rē gerite, mare expurgando: quod ut liberū ſit, ſic reip. intereſt, ut ex eo maximū lucrum ad vos redundet. Quo vero & ærarium bene inſtruatur & adminiſtretur, reiq; quaq; negotia quam cōvenienter expediātur, providere potiſſimū debent & ſolent illuſtriſſimi & Potētiſſimi Dnn. Ordines Generales, una cū Cōſilio Status; quibus ut à Deo precamur Spiritū Pietatis, Sapiētiæ, & Prudentiæ, quæque hoc tēpore per quam neceſſaria, Fortitudinis; ita optandum foret, hoc potiſſimū tēpore, ratione Delegationis, ad Cōleſſus hoſce ſupremos, nihil daretur favori & ābitui; ſed ex quaque provincia tales delegarētur, qui vitæ integritate, illibata in Deū pietate, amore erga patriā, prudētiaq; & experiētia, nō minus ſpectabiles eſſēt, quā æ te Alio tēpore ratio habeatur cognationis ſanguinis, & ſubſidiorū pro incolumitate fami-

uæ ex ærario ratione muneris accipiēdorū: præſens tēpus aliud ſuadet; imo imperat. Idē obſervādū circa Collegia maritima. Amſtelodami, Hornæ, Roterodami, Medioburgi, Harlingæ cōveniēter inſtituto; quæ non admittūt hoc tēpore īberbes juvenes, tirones, multo minus δημοβόρυς, & terræ inutilia pōdera: verū viros uſu & experiētia circa res nauticas præditos, qui niſi ad Collegia hæc citra ambitū (pro dolor nimiū quā ubique dominātē) delegentur à ſuis pvo inciis, impoſſibile eſt ut negotia maritima cōveniēter expediantur. Utile quoque foret durāte hoc bello, Vliſſingæ, in Goere, & inſula Teſſalia perpetuo ſedere aliquos ex Ordinib9 Generalibus, aut ab iis delegatos, qui attendāt ad naves bellicas exeūtes & ingredientes, qui ut ſuprema poteſtate ex delegatione gaudere deberēt, ſic pariter circa ſe habere ōnia; quæ ad inſtruēdas naves requirūtur. In tribus hiſce locis proinde, præter omnigenā annonā perpetuo quoq, occurrere deberēt ſocii nautici & milites; qui ad modū ſupplementi diſtribui queāt per naves bellicas è mari accedentes. Singulæ quoque provinciæ, per ſuos Ordines, eorumve Delegatos, quæ ad ſe ſpectāt, quāto ocyus expedire deberēt, nec tergiverſari aut in cōferenda pro ſua parte pecunia, aut inſtruēdis navibus, noviſve ædificandis: obſervatū quippe deliberationibus maturis & prudētibus inſtitutis nō reſpōdiſſe ſperatū ſucceſſū, q̃ provinciæ nimiū tergiverſarētur aut in aperiēdis ſuis cōſiliis, aut

in

in cõferendis ad executioné requiſitis ſubſi-
diis. Optandũ quoque foret, ne arcana cõſi-
lia, eo fere die, quo capta ſunt, eliminarẽtur,
ſevereque illi caſtigarẽtur, qui jactãt ſe quã
to oyus ea cognoſcere poſſe, maxime qui &
typis, quo publice legãtur, & diſcutiãtur, ea-
dem exſcribi curant. Si quid Statui noſtro
grave pernicioſũq; hoc ipſũ eſt, atq; utinã!
ſupremi noſtri Moderatores ſerio cogitarẽt
de remedio, eoſq; ſuo exẽplo excitare poſſet
Reſp. Veneta, quæ Angelũ Bradarium domi
nobiliſſimũ, in effigie, quod profugus eſſet,
ſuſpẽdi curarũt an. 1602 nullam aliam ob
cauſſam, quam quod exteris Principibus, re
quidẽ hoſtibus reip. arcana patrii Status ape-
ruiſſet. Sed, an ad hæc omnia expediunda nõ
requiritur ſupremus Exercitus terra mariq;
Imperator? Sic multi exiſtimant, ita judicat
vulgus, atq; pro dolor! hoc nomine in par-
tes diſtracta videtur reſp. Ego capite cenſus
judiciũ meũ nõ interpono. Hoc certũ, apud
Romanos laborantem remp. dictatores, ad
tempus dictos, ſæpius integrum reſtituiſſe, &
Venetos, ſummo cum ſucceſſu, quando ma-
ritimo bello afflictos ſenſerunt. conſtituiſſe
Amiralium cum ſuprema poteſtate; ne dicã
de periculis, quæ terra ut imminere videntur
ſic pariter quoque in tempore caput militiæ
efflagitare, quod collapſam reſtituat. Quid
enim futurum, ſi aut Lotharingus cum toto
exercitu (quod metuẽdum maxime) in pro-
vincias noſtras ſe effundat, aut Elector Co-
lonienſis coacto exercitu obſideat Rheno-
bercam

hercam, aut Elector Brandeburgicus (maximi amici, ut in Anglis videmus, cito inimici fieri poſſunt) ſuas ad Rhenum urbes armatis precibus repetitum veniat, aut denique idē fiat ab ipſe Imperatore ratione urbium, quæ imperio ſubtractæ videntur, ne dicam Hiſpaniarum Regē ſemper invenire poſſe prætextū armis nos invadēdi. Certe, hæc ſi bene cogitentur, videntur efflagitare Imperatorem in armis exercitatum & authoritate non minus quam natalibus conſpicuum: quamvis Veneti ſæpe Amiralios ſummos conſtituerint ex ſuis nobilibus, & aliquando à Belgii Ordinibus ſupremus Imperatoris locus delatus fuerit Dn. Frāciſco de la Noue, cui tamen nobiles, qui ſe præteritos cenſebant, omnibus modis obſtiterunt. At hic ſubſiſto, Deum toto animo rogans & obteſtans, nobis omnibus Spiritum reſipiſcentiæ & precum dignetur concedere, motus inteſtinos componere, mediis, quæ adhibemus pro aſſerenda religione & libertate, clemēter benedicere, atque huic bello talem largiri exitum, qualem nomini ſuo glorioſum, & nobis publice privatimque ſalutarem eſſe cognovit. Ei uni ſit laus & gloria in omnia ſecula.

FINIS.